recte sic rebꝫ attribuit̃: quẽadmoduz in eis
distinctio reperit̃. ꝛ qꝛ distĩctio ſm sbam nõ
reperit̃ in diuinis: sicuti est in numero creatu/
raꝝ. ideo nũer⁹ ĩ diuinis. put ibi d̃ reperit̃:
dic̃ distinctõem in rebꝫ relatis: ꝛ ſm relati
onẽ. ¶ Ad scd̃m. ꝙ numer⁹ q̃ est in diuinis Ad 2
nõ est quãtitas discreta: ṗprie. cum nõ sit
mltitudo aggregata ex vnitatibꝫ. sȝ sit tm̃
vna vnitas. sȝ magis ĩportat alteritatẽ: vel
distinctõem psonalẽ q̃ est adaliq̃d. ¶ Ali/ Vel sic
ter etiã dici põt. ꝙ large numeꝝ capiẽdo il
la trinitas possit dici numer⁹. sȝ qꝛ soluz re
latiue sũt tres: iõ etiã solum relatiue sit ibi
numer⁹. Et si velis. ꝙ etiã large ꝛ ĩproprie
sit ibi quãtitas discreta: tũc opteret glosa/
ri reglam. ꝙ intelligẽda sit de attributis: p/
fectõem importãtibꝫ. nũer⁹ aũt nec pfecti
onẽ nec impfectiõem ĩportat: ex suo mõ si/
gnificãdi. sȝ dũtaxat distinctõem. ꝛ iõ q̃
ad h̃ nõ ad sbam q̃ indistĩcta est: sȝ ad re/
latõem distinctã refert̃. ¶ Ad scd̃m. videt̃ Ad dubi
fuisse de mẽte mgr̃i: ꝙ nomẽ vni⁹ deo attri/ um scd̃z
buat̃ solũ ṗuatiue: vt excludat pl̃alitatem
essentialẽ. ꝛ eodẽ mõ trinitas psonaꝝ. vel

tres psone: vt secludat solitudo: vel carē
tia societatis. Et ad h̄ allegat mḡr Hila/
riū. q̄uis hylari⁹ nō dicat h̄ expsse. nisi q
illoꝝ nominū vsus inuēctus est in deo: ma
gis causa puatōis explicāde q̄ aliq̄d po/
nēdi. Et forte mouebat. q: vnum positiue
dictū est pncipiū quātitatis ꝛ numeri. de
us aūt in se nō habet q̄ntitatē. Uel forta/
sis mouebat dicto bti Dyonisij. q. de āge
lica hierarchia. dicēns. In deo negatiōes
sunt vere affirmatōes incōpabiles. qd est ex
eo. q: dicēdo. sbāz aliā corpeā aīā incor/
poreā. ꝛ vltra sic diuidēdo. oīa negatiā de
deo dicunt. inq̄tū negatio inclusa sūt ne/
gans. nec de illis dubitādū est. de⁹ eniz est
nō corporeus: nō aīatus: nō sensitiu⁹: non
rōnalis. capiēdo rōnale put est differētia
aīalis. Sz affirmatōes q: ꝯceptū propū
essentialē eoꝝ nō habem⁹: q̄n dicim⁹: deus
est sba pma: vel aliq̄d hmōi nō possūt hic
adeo ppriē esse vere. semp enī tā subiecto
q: pdicato correspōdet ꝯceptus complexus.
et nō vnic⁹ simplex saltē essentialis. q: talē
nō habem⁹ in statu pñti. Uel etiam
q: hmōi affirmatōes. vt dictū est sup: ni/
hil pprie de deo pprie et pmarie possūt. sed
solū impprie ꝛ diminute. vt dictū est p/
Notā. 2 us. ¶ Scdo notādū. q mḡr in h̄ cōmunit̄
nō tenet a multis. Et ideo dōm. q vt dcm
est. q̄uis semp nomē vnitatis sua signifi/
cata sb rōne puatōis importet: maxie ta/
mē in deo verissimā pōit vnitatē. Immo
in nullo alio terminata est vnitas. Pria
pars patet q: vnitas ꝛ maxime entis qn
intelligit. semp sb rōne indiuisiōis in plu
pt3 3 ps ra intelligit. ¶ Scda ps declarat. tum q:
deus est pma vnitas: ad quā oēs posterī/
ores reducut. tum q: est causa eīndi vnuz
ceteris singulis. imo vnio vniuersi exclu/
sio vacui ꝛ singloꝝ corpoꝝ contact⁹ ab ip
so. vt ab ipo tanq̄ a cā habeat esse. Tum
quia diuisio aliq̄lis aliq̄ mō in singul' alijs
repibilis est. Unde supm⁹ angelus i duo
tendit. scz in deū cui innitit vt ꝯseruanti.
et in se tanq̄ a deo in esse ꝯseruatū. nec po
test aliē esse: q̄n talis tendētia insit rebꝰ a
natura. mō hmōi diuisio nullo mō ima/
2pō 2. ginabilis est in deo. ¶ Secunda proposi/
tio. Etiaz trinitas ꝛ tres psone positiue nō
solum priuatōne solitudinis ponit in deo.
Ratio. quia pfectissima ratio suppositoꝝ
est in deo. q. d. habet naq̄z suppositu est in/
finite virtutis: seu oīpotens. nō tn̄ dico

q proprie sint numer⁹. cuius causa dicta
est in articlo pcedere. ¶ Ad motiua in ꝯtri Ad 1. in ꝯtrium
um. ¶ Ad pmū q magister in h̄ cōmunit̄
nō tenet. nisi voluerit q nō sint affirmati/
ue in deo ita pprie. dicētes quid deus est
sicut negatiue dicētes q̄d deus nō ē. ¶ Ad Ad 2
scdm. q deus pprie nō est numer⁹: sic nec
quātitas. nihilomin⁹ pprie est tres perso/
ne: ꝛ tria supposita nature intellectual. q̄a
nulla est ratio tāte pfectōis supponēdi in
alijs. ꝛ h̄ positiue intelligēdo q̄n ta ibi: nō
solū q: solitudo ibi nō est. ¶ Ad tertiū. q̄
uis in deo nō sit pprie numer⁹. q: nō plēs Ad 3
vnitates sūt absolute: nihilomin⁹ est per/
fectissime tres res: ꝛ tria supposita relatiā.
vt dictū ē. ¶ Ad quartū. vnitas ponit esse Ad 4.
etiā diuinā tanq̄ sbstratū. q̄ est est ratio to
tius vnitatis. ꝛ in q̄ nulla est ratio diuisi/
onis: vel diuersitatis. vt dictū est. q̄ tn̄ ne/
cessaria est in rebꝰ depēdentibꝰ siue creatu
ris. ¶ Ad tertiū dubiū dicat sicut fuit cir/ ad dubiuz tertiū
ca dis. viij. q deus sit in pnto sbe. ita michi
videt pbabilr: q deus ꝛ angel⁹ sint due sb
stantie: ita ꝛ due essentie. ita etiā due res:
siue duo entia. ¶ Scdo. q nō sint q̄d ma 2
ius vel pfecti⁹ q̄ deus intensiue. Patz. tū
quia deus est pfectio infinita q̄ p nullius
additōem intēsior fieri pōt. tum. quia pfe/
ctio diuina oēm pfectōem oīm creaturaꝝ
eminēter includit. sicut ꝛ sol ꝛ cādela n̄ sūt
intēsiue mag' lucidū q̄d q̄ sol. ¶ Tertio. q 3
nihilomin⁹ deus ꝛ creatura sūt pfectiōes
in plibꝰ entibꝰ multiplicate: q̄ est sola per
fectio diuina. q: sunt in duobꝰ entibꝰ ab/
solutis. nō aūt pfectio diuina nisi in vno
ente absoluto. ¶ Per h̄ ad motiuū in con/ ad ꝯtrā.
trariū: q de rōne numeri est: q sit maius in
toto: q̄ in q̄libet vnitatū. Hoc sic intelligē
dū est. in toto numero sint pfectōes: sic ma
gis mltiplicate essentialit̄ q̄ i qualibz vni
tatū. nō aūt magis intēsiue. Et h̄ de tertio
articulo.

Ad ratiōes ab ini

tio huiꝰ motas. ¶ Ad pmā. q iste tres seu ad pmā rōne prīcipalē
illa trinitas est vnum puatiue in predi/
camento quantitatis. prout exponit nu/
mero vel etiam multitudini. Secundo q
res que est deus: est priuatiue in quantita
te. quia signatur per vnum. ꝛ non est pro
prie quantitas. Argumentū autem dicit:
quia non sit quantitas: ideo non sit posi/

siue in p̄dicamento q̄ntitatis. nō m̄ sequitur q̄n nihilomin⁹ sit ibi p̄uatiue. ¶ Ad secundā. q̄ ꝯsequēs nō sit incōueniēs tanq̄ de re signata in vniuersali p suū sbiectum vel suū oppositū. Et ad improbatōez q̄ arithmetic⁹ nō ꝯsiderat de sbijs sepatis. R̄ndet q̄ verū sit inq̄ntū entia sūt siue sbstātie. seu inq̄ntū p̄me cause sunt. q̄ hoc ē methaphisici. nec inq̄ntū sunt causa mot⁹. sic em̄ est phisici. s; bn̄ inq̄ntū signant: vel per dictōēs nūerales. vt inq̄ntū eoꝝ q̄tuor sūt dupli ad eoꝝ duos. sic em̄ signant per terminos ꝯclusionū arithmetice discipline. Ad 2

Ad 3 ¶ Ad tertiū. Equocatio est in h̄ nōie finitatū. q̄ nō opter q̄ ōme vnū sit terminatū in v̄tute vel limitatū in essentia ad aliq̄m determinatū finitū modū agendi essendi vel v̄tutis. s; vnū q̄d est deus: est bene de sui natura ad h̄ terminatū q̄ nō possit esse plura. ¶ Ad quartū: q̄d est tertiū p̄ncipale. q̄d dicendū sit: p; ex solōne tertie dubitatōis. ¶ Ad q̄ntū: q̄d est quartū p̄ncipale. neget maior. vnū em̄ simplicissimū absolutū pōt esse ꝛ est tres res relatiue: et tria supposita relatiua quoꝝ vnū nō est alterū. vt sup̄ dictū est. ¶ Ad sextū q̄d est q̄ntū. neget maior. ꝛ ad Boetiū dicat q̄ loq̄t de vnitate in cōmuni. i. ꝯmūiter ꝯcepta. ac si diceret. q̄ ex replicatōe vnitatis pt fieri omīs numer⁹. Uel q̄ loquat de vnitate cōtinui: q̄ est in potētia ōis numer⁹ p diuisionē. imo est actu sb q̄libet specie numeri. lic; nō vnitatib; ꝯ se inuicē diuisis. vt hec solent dici circa tertiū phisicoꝝ. ¶ Ad rōnes q̄ fiunt p quesito. Loquēdo de numero p̄prie. maior neget p̄ne rōnis. trinitas. em̄ dicat: q̄si tertiū suppositoꝝ vnitas, modo v̄na vnitas nō ēst p̄prie numerus. Et ad pbatōem dicat q̄ psonaꝝ trinitas nō est p̄prie ternari⁹. q̄ nō est tres vnitates: sed vna. ¶ Ad scd̄am. negando ꝯn̄am. q̄ ille tres res sunt vna vnitas. et iō nō sunt numer⁹ numerat⁹. q̄ reqrit distinctas vnitates. ¶ Ad tertiā. neget maior: nisi addatur: vbi fuerit distictio essentialis. Et ad pbatōem. q̄ distinctio suppositoꝝ in eadem natura non facit proprie numerum ¶ Ad quartā. duplex est pluralitas. q̄daz est rerum absolutarum. ꝛ vbi hec fuīt: numerum constituit. Alia est rerum relatiarum vt personarū in eadem natura simplici absoluta. et hec nō est numerus. eo q̄ n̄ sit proprie plures vnitates. Ratio p suposito est pro dictis. ¶ Ad rōnes contra questium diceret s̄m Damascenū. q̄ cū summa vnitate bene stat distinctio personaꝝ: ꝛ largo modo numer⁹ dictus. ꝛ ḡ s̄m istū modum negaret maior. Ad Boetiū dicat. q̄ loquat de numero proprie dicto: qui est distinctaꝝ essentialium vnitatū.

Ad 4

Ad 5

Ad 6

Ad p̄mā quesiti

Ad 2

Ad 3

Ad 4

Ad p̄mā ꝯ q̄situm.

Ad 2 ¶ Ad secundā. Illa descriptio numeri datur de numero p̄prie dicto. ꝛ talis nō ē in deo. vt di cit p̄ma ꝯclusio secundi articli. Sed bene cum hoc stat: q̄ ibi sit numer⁹ cōmuniter dictus. vt dicit secūda conclusio eiusdē articuli. Hoc de q̄stione.

Icesimooctauo

q̄rit circa dist. xxv. Utrū nomē psone s̄m definitōem eius datā a Boetio q̄ est: q̄ sit rōnalis nature indiuidua sbstātia: cōicet ꝛ vniuoce p̄dicet de psonis increatis et creatis. Que q̄stio duo supponit. P̄mo definitōem psone. Scd̄o. q̄ nomē psone sic diffinitū cōmuniter p̄dicet de psonis increatis ꝛ creatis. Tertio q̄rit: vtrū vniuoce. ¶ Cōtra definitōem arguit sic. Diffinitio psone posita nō ꝯuenit omib; psonis. ḡo etc. Cōseq̄ntia nota. q̄ bona diffinitio cōuenit omi ꝯtento sb diffinito. Añs pbat. primo. q̄ certū est q̄ in diuinis ponunt psone: ꝛ tm̄ hec diffinitio nō cōuenit diuinis psonis. teste mgr̄o li. iij. di. x. Q̄d etiā p; rōne. q̄ cum in diuinis sint tres psone: ibi essent tres nature rōnales indiuidue sbstātie. q̄d est ꝯtra magistrū: ponentē ibi solū vnā sbam. ¶ Scd̄o pbat añs. q̄ angelis nomē dam⁹ psone. ꝛ tm̄ diffinitio eis n̄ cōuenit. cū nō sint rōnalis nature. eo q̄ rationale sit differētia diuisiua animalis. angeli aūt nō sunt aīalia. Item rōnalis natura vocat ea q̄ ex deliberatōe agit. angeli autē nō deliberant. ¶ Tertio. q̄ vel per indiuiduā sbam intelligit indiuisibilē. ꝛ sic nō cōueniret hominib; : cum ipsi sint diuisibiles. Uel intelligit indiuisum: ꝛ sic si per defectū nature ꝯiūgerent gemini i vno corpore: duo capita cum vna aīa gemini illi nō essent due persone. cum nō sint ab inuicem diuisi. ¶ Scd̄o sic p̄ncipalit. Natura rōnalis p̄dicat de psona in recto: ergo male ponit in obliquo in eius diffinitiōe. Nam obliquus genitiu⁹ significat vt cuius: ꝛ non sb rōne ea scilicet quod est: que est ratio nominatiui casus. Antecedēs p;

Contra diffinitionem

2

3

arguit a

argū 3. quia homo est natura rōnal. ¶ Tertio sic.
quia sm̄ hanc diffinitōem nulla psona es
set incorruptibilis. cuius falsitas p₃. pro
batio ꝯsequētie. qꝛ indiuiduatōnis pnci
pium est materia. est nāq₃ causa pluralita
tis indiuiduoꝝ. vt habet e. xij. meth. mo
do om̄e hn̄s materiā est corruptibile. com
mētatoꝛ. ij. phisi. ergo cum psona sit indi
uidua sb̄stantia: ois psona haberet mate
riā: ⁊ esset corruptibilis. ¶ Quarto. qꝛ hec
argū 4 diffinitio ꝯuenit diuine essentie. ⁊ illa nō
videt esse psona. igit ꝯuenit alij q₃ diffini
to. Patet maioꝛ. qꝛ essentia est rōnalis na
ture sb̄a indiuidua. cū sit sūme indiuisibi
lis. Probat minoꝛ. qꝛ essentia cōis est plu
res psone. mō plures psone nō sūt vna per
2 sona. ¶ Secūdo. quia ꝯuenit aīe sepate
est eīm rōnalis nature indiuidua sb̄stātia.
et nō vid esse psona: cū nata sit esse ps p
sone. vna aūt persona nō est nata esse ps
alteri⁹. ¶ Cōtra scd̄m suppositū argū sic.
ꝯ 2. sup. argu. 1. In diuinis nō sūt plā differētia numero.
ergo nihil pdicat cōiter i diuinis. tenet cō
seqntia. qꝛ qd̄ cōiter pdicat: debet predica
ri de plib₃: ad minus numero differentib₃
et aīs p₃ per magistrū dis. xix. c. vij. ⁊ viij
volente q psone nō faciūt numerū. ⁊ ad h
adducit dcm̄ Aug. li. vij. de trini. ca. xxvj
vbi Aug. h ex intentōe pbat satis forti rō
ne quicqd eīm cōiter pdicat de plib₃. h ma
gis est in plib₃: q₃ in vno. Mō tres perso
ne nō sunt q̄d maius q₃ vna. igit nō videt
argū 2 predicari communiter. ¶ Scd̄o. nullū indi
uisibile pdicat cōmuniter. sed psona ē qd̄
dā indiuisibile. igit. Maioꝛ p₃ per diffini
tōem indiuidui. ppriū eīm ipius est de vno
solo pdicari. Minor patet p diffinitōem
persone. in qua dr q sit indiuidua sb̄stan
argū 3 tia. ¶ Tertio. quia sm̄ sbam dictū in diui
nis nō multiplicat. sed psona dr sm̄ sb̄stā
tiā. igit. maioꝛ patet. qꝛ ibi est nb nisi sola
sb̄stantia. minoꝛ patet per dcm̄ Aug. qui
vult: q psona dicat per se. ⁊ est allegatū. q.
argū 4 xv. ¶ Quarto. quia cōmunitas psone in
diuinis aut est tantū sm̄ nomē. ⁊ sic nō di
ser ibi cōmune vniuocū. vel ē cōmunitas
sm̄ nomen ⁊ rem: cū nō sit ficta. ⁊ si sic ibi
erit cōmunitas preter cōmunitatē essen
tie. quod nō videt verum. quia sola sb̄stā
p q̄sitō argū 1 tia est cōmunis in diuinis. ¶ Deinde ar
guitur pro quesito. Primo quia persona
predicatur eodem nomine ⁊ eadē ratōne
de personis diuinis et creatis. ergo vniuo
ce. consequētia tenet per diffinitōem vni
uocoꝝ. et antecedens patꝫ. quia predica
tur ratōne iam prius posita de his ⁊ de il
lis. ¶ Secundo. Quod dicit de deo et cre 2
aturis sm̄ rationē negatiuā: dicit de eis
vniuoce. sed nomen persone est hmōi. igit
ꝛc. Patet maioꝛ. qꝛ ratio negatiua vbi
q₃ est eadē. scilꝫ nō esse illud: quod negat.
Minoꝛ p₃ per diffinitionē: quia esse sub
stantiam indiuiduā est negatiuū. ¶ Ter 3
tio. quia pdicat de his: ⁊ nō equiuoce. eo
q nullū nomē sūꝫ diffinitōis est equiuocū
a casu: respectu diuinarū personaꝝ et crea
tarū. Nec analogice. quia esse psonā prius
cōuenit creaturis: q₃ dō. vt dictū est circa
dis. xxj. modo quicqd cōuenit deo ⁊ crea
turis analogice: hoc prius debet competere
deo q₃ creaturis. ¶ Sꝫ p pmo supposito. p q̄sito
puta pro diffinitione est auctoritas Boe
tij in libro de duabꝫ na. ⁊ vna psona chri
sti. qui eam ponit tanq₃ bonā. Sed q etiā
de psonis creatis ⁊ increatis pdicet: ē eius
dem Boetij auctoritas in eodē libro dic
tis. q nomen psone cōmune est dō: homi
ni ⁊ angelo. Sed q nō vniuoce. Probat
sic. Si partes definitionis nō vniuoce di
cerent: nec diffinitio. qꝛ modus pdicandi
diffinitōis sequit modū pdicandi suarū
partiū. Mō partes hui⁹ diffinitōis non
dicunt vniuoce de deo ⁊ angelis ⁊ homi
bus. igit. probat minoꝛ vt prius: qꝛ non eo
dem modo dicit rationale de his: cum pri
mo dicat de hoīe: cui⁹ est differentia. nec e
tiā indiuiduatio eadē est in deo ⁊ in crea
turis. cum tria supposita in deo sint vnū
indiuiduum in sb̄stācia. qd̄ nullo modo
contingit in creaturis.

In hac questione quattuoꝛ erunt articuli. In pmo videbit
de pmo supposito. Scd̄o de scd̄o. Tertio
de quesito. Et q̄rto de dubijs. ¶ Quo ad p
mū est notandū. Cū psona sit nomē digni notā. 1
tatis: ⁊ a dignitate translatū ad diuina: vt
dictū est. vn dicta est psona: q̄si p se vna: l
quasi p se sonās. Tres vident esse ꝯditio
nes de rōne psone. q omis ad dignitatē p
tinent. ¶ Primū: q sit p se ⁊ nō inhereat al
teri. qꝛ in alio existere est imperfectōis: ideo 1
eo accidentib₃ ꝯuenit. ⁊ ppter hāc ꝯditōem
oportet psonā esse sbam. ¶ Scd̄a q sit in 2
cōicabilis. nā q p se vn⁹ est: nō videt plu
rib₃ esse cōis. ⁊ qd̄ p se sonat: alterū nō cō

3 municatū.nā coīcatū cū alijs sonat ¶ Ter
tia ↄditio.ꝙ possit agere ꝛ nō agere.nā ne
cessitatū esse ad agendū vl'ēt nō posse age
re:nō vid' pfectōis esse ꝛ dignitatis.perso
na autē nomē dignitatis nomē est.Unde
qđ p se vnū est:sua ppria forma vnuz est.
et ita vbi dignitatem ꝓbuenit:sicut in per/
sona:ibi dat agere qñ placuerit.Sec' de
forma naturali:q̄ necessitat ad agere:pre/
sente passo.idcirco nec dignitatē ꝓbet per
sonalē.Silr qđ per se sonat:sonat cuz vo
luerit:ꝛ nō necessitate ↄpellēte.ꝛ ex h̄ opoꝛ
tet ꝙ psona sit libera libertate oppositōis.
alias enī nō libere posset agere ꝛ non agere
Corr. ¶ Ex hoc sequit' tertia ↄditio.ꝙ psona de/
bet esse rōnalis nature:habēs potentiā op/
positoꝝ vt habet.ix.meth.Tres igit' sūt cō
ditōes psonę.s.esse sbam.esse incōicabile.
Nota.2 et esse rōnalis naturę.¶ Scđo est notādū
ꝙ has tres ↄditōes hęc diffinitio exꝓmit.
Cōclo.1. ꝓmā cū dicit sba.scđam cum dicit indiui/
dua.ꝛ tertiā cū dicit rōnalis natę.¶ Qui/
bus ꝓmissis est ↄclusio mīalis ꝙ dicta dif
finitio psonę est bona dscriptio psonę.licz
nō sit diffinitio essential'.Probat' sic.bōa
diffinitio termī cōnotatiui:aut descriptio
accidētalis est:q̄ dat' per sbiectū ꝛ proprie
tates:quas importat cōuertibilit'.Sz ista
est hmōi.g.illa maioꝛ ptz.vij.meth.quia
phūs vult ꝙ accidētia sint diffiniēda per
sua sbiecta:ꝛ per ea q̄ sua exꝓmunt conno
tata.Aliter enī nō fieret eoꝝ diffinitio per
fecta.Minoꝛ ptz ex dictis.q2uis enī perso
na sbam importet:tñ rōne dignitatis duo
illi in esse significat.scz incōmunicabilita/
tem:ꝛ libertatē.vt dictū est.mō hęc diffini
tio ponit sbam ꝓmo loco.qꝛ in nominatio .et
in eodē casu addit indiuiduatōem:p dif/
ferentia.ꝛ sbdit libtatē in obliq̄:vl' p.scđa
diña.Sed ꝙ h̄ sit cōuertibiliter:appet.qꝛ
hęc diffinitio omī psonę ↄuenit.tā diuinę
q̄3 angelicę q̄3 etiā humanę.vt in sequenti
articulo dicet'.Sed etiā soli psonę ↄuenit
Accidētia enī a psonalitate excludunt':cū
dicit' sba.cointelligendū enī est:sba pprie
dicta.Excludunt' enī cōia ꝛ cōicabilia ī es
sendo:sicuti est essentia diuina.qꝛ dr īdi/
uidua.Itē oia sbalia nō rōnalia secludūt'
qꝛ dr rōnal' naturę.Hoc enī nō nisi his cō
uenit que sunt per se.Hoc d' pⁱmo arti.

Quantū ad secun

dū articulū querit'.An nomē psonę cōiter
ꝓdicet' de diuis psonis ac creatis.¶ Pro Notā.1
quo notādū.ꝙ cōicatio p ꝓdicatōem non
dic:vel saltē ad sui esse nō reqrit entitatez
realē cōem ptz qꝛ q2uis li hō ꝓdicet' de oī
bus singl'aribꝰ hoibꝰ.non tñ ponit nec exi
git ad h̄ aliquā entitatē cōem in essendo.
cū tale nullū sit:vt pbat'.vij.metha.Et si
dicat' quō ḡ de pluribꝰ ꝓdicet:nisi rōne com
munis ꝓpetatis q̄ est in ipis.R.ꝙ si vnivo
ce ꝓdicet'.sic ꝓdicet' vno ↄceptu cu cōi qui
est oim ↄfusa silitudo:nō pl' determinant'
ad vnū q̄3 ad aliud.vt ↄceptus hoīs cōis
est oībꝰ homibꝰ.sic q̄z dicit ↄmētator.vij
de anīa.ꝙ intellectus cōmuni ↄceptu sili
finita intelligat.Si āo sit ꝓdicatio equiuo/
ca:sufficit cōitas nois:q2uis ↄcept' sint di
uersi.Si ꝓdicet' analogice:sufficit vnitas
nominis:q2uis diuersi sint conceptus dif
ferētes sm ꝓus ꝛ posteri'.vel vnitas rōnis
ꝓus vni cōueniens q̄3 alteri.Forte dicet'.
Un̄ veniat cōitas ↄceptus:cōis pluribus
rebꝰ.si non sit in rebꝰ aliq̄ res vniuersalis
a qua sumat' talis ↄcept'.R.ꝙ sufficiat vir/
tus intellectus agētis:ad ipius gñatōem
quę naturalr abstrahat a fantasmate sin/
gulari vago hmōi ↄceptū cōem in essendo
id ē.cōiter significatiuū illi' rei ꝛ cuiuslibz
alteri' ei silis eētialr.Hęc aūt silitudo re/
rū singl'ariū siue accidētalis siue essential' est
nō nisi ipę res singl'ares.¶ Illo ꝓmisso ē ꝓ
ma ↄclo hęc.Nomē psonę ꝓdicat' coīter d' Cōclo.1.
oībꝰ psonis creatis.h̄ ptz inductiue.nec ī
h̄ magna vis ↄsistit.¶ Scđa ↄclo.nomē Cōclo 2.
psonę ꝓdicat' cōiter de oībꝰ psonis increatis
pbat' auctate btī Aug.7.de tri.c.4.dicētis.
Iō dicūt' tres psonę:qꝛ cōe ē eis qđ ē perso
na.ptz ex iductiue.¶ Hic ē dubitādū d' mō Dubitat'
qꝛ cōis vniuocatio sup aliq̄ real' ↄueniē/
tia vr fūdari.vt eē hoiem sup esse rōnale.
mō n̄ vr q̄ sit hęc ↄueniētia:siue silitudo p
sonaꝝ.rōne c' de diuis psonis plalr dr ac
q̄3 cōit' ipm nomē psonę.¶ Ad illd dubiū q̄pā di/
multiplicat' mđet.qđā dicūt ꝙ hęc cōitas sit cunt.
cōitas negatōis.sic n̄ lignū ē cōe hoi ꝛ eq̄.
sic eē psonā d' oībꝰ psonis diuis dr p n̄ esse
cōicabile.¶ Scđi dicūt ꝙ sit cōitas ꝓpoꝛ Alij di/
tiōis q̄li cōitate ↄuenūt rector scholaꝝ cunt
ꝛ rector nauis.qꝛ sic ꝓm' ad scolas.ita se/
cūd' se hz ad nauē.ita dicūt ꝙ psonę ↄueni
ant p silez habitudinē ꝓportōis ad eētiā
qꝛ pr est suppositū īcōicabile eētię.ita eē
se hz fili' ad eētiā ꝙ sit eētię suppositū ī
cōmūicabile.¶ Tertij dicunt ꝙ hęc essen/ Dicunt tertij

tia sit cōmunitas psonarum ſm intensi/
onē. quēadmodū eñ est cōmune homini
et equo esse spēm. sic cōmune est patri et fi/
lio esse suppositū seu psonam. Et cōuenit
cum precedēte. qꝛ cōmunitas intēsionis ē
cōmunitas ſm pportionē. ex hꝰ nāqꝫ aliq̄
dicunꝭ cōia ſm intentōem. qꝛ se sūt habēt
ad ea de quibꝰ p̄dicanꝭ. vt homo ꝛ equꝰ si
militer se habēt ad spēm esse. qꝛ sicut hō se
habet ad sua indiuidua: ita equꝰ ad sua.
Sed in hoc dr̄ñt. qꝛ secūdi pportōem ac/
ceperūt r̄spectu essentie. sꝫ hi tertij respectu
īcōmunicabilitatꝭ. q̄ modi licet icōpleti sint
nō tñ oīno deficiunt. imo ad intellectū for
tassis loquentiū veritatē attingūt. Cōple
tiꝰ tñ dici pōt q̄ hec cōmunitas sit cōue/
nientia triū suppositoꝝ in sba intellectua
li: sic vt singula eoꝝ eam habeāt ſm pprie
tatē incōicabilē. Dicit eñ psona primarie
sbam: ꝛ secūdarię relatōem. ꝛ iō conueniē/
tia suppositoꝝ ſm quā dicunꝭ psonę: pōe/
re debet sbam intellectualē. cū sine illa non
essent psonę. Scd̄o secludere debet cōmu/
nicabilitatē. qꝛ essentia dr psona. ꝛ psona
cōstituiꝭ in essentia: nostro mō intelligēdi:
ppꝛietate incōmunicabili. ¶ Tertia ꝯclu/
Cōclo 3. sio. Nomen personę predicaꝭ cōiter de per
sonis creatis ꝛ increatis. Patet ex p̄cedēti
tibꝰ. quia cōiter p̄dicaꝭ de oībꝰ creatꝭ. vt
dicit p̄ma. ꝛ etiā de increatis. vt dicit secū/
da. ¶ Quarta ꝯclusio. Etiā definitio per
Cōclo 4 sonę dicta p̄dicaꝭ cōmuniter de creatis ꝛ i/
creatis psonis. Patet p Boetiū in libro d̄
natura ꝛ psona. q̄ eam dicit esse cōem: per
sonis diuinis: angeloꝝ ꝛ hoīm. Sed que
riꭍ: quid cōmune hec habeāt: R. q̄ cōue/
niant in habere naturā intellectualē sb p/
prietate incōicabili. Hec de. ij. arti.

Quantū ad tertiū

articulū. Utrum nomē personę dicaꝭ de oī/
bus his vniuoce. ¶ Sciendū est. si rōna/
notan. le pprie dicat: propriū est hoīm: siue diffe
rentia diuisiua aīalis ꝯstitutiua speciei
huius q̄ est homo. Et sic videꝭ implicare
esse natū ex rōne p̄cedēte: ꝛ ex ꝯñte ex delibe/
ratione agere. Aīa vero rōnalis dicitꝭ. qꝛ
nata est in se actiuaꝭ formare rōnes. Trāſ
sumiꭍ autē rōnale ad angelos: put valeat
tantū: sicut intellectuale. angeli eñ agunt
intellectu: licet deliberatione nō indigeāt.
2 ¶ Scd̄o notandū. q̄ indiuiduū ꝛ vnum
nūero pꝑe idē sūt. mō dictū est pus q̄ deꝰ

nō sit pprie vnū in numero. eo q̄ sit distin
ctio psonaꝝ: seu distincte psonę. Nec pro/
prie diuersa numero: eo q̄ personaꝝ queli/
bet est aliqd idem ens cū alia. seu idē ens
quod est alia. nam diuersa numero sūt: ſꝫ
mgr̄m di. xix. c. xiij. quoꝝ hoc nō est illud:
nec aliqd qd est illud. qd vtiqꝫ nō in diui
nis reperiꭍ. Sic ḡ pꝑe in diuis nō sūt per se
differētia numero. ꝛ ideo si indiuidua sb/
stantia p sba vna numero pprie distīcta
a qualibet alia sumaꭍ sic pprie: nulla pso/
na diuina est pprie sbstātia indiuidua. si
cut proprie nō est vnū numero: distinctuꝫ
ab alijs suppositis diuinis. Sꝫ si transu/
maꭍ sic: q̄ res itellectualis incōicabilis vo
ceꭍ indiuidua. sic supposita diuina vocan
tur indiuidua ꝛ eoꝝ qdlibet est idiuidua
sbstātia. ¶ Quibꝰ p̄missis sit hec ꝯclusio Cōclo 1.
p̄ma. Nomē psonę nō pure vniuoce dr de
psonis creatis ꝛ increatis. Probaꭍ. qꝛ qd
predicaꭍ de diuersis ſm vnā rōem vocaliꭍ
terminis tñ in ea aliter ꝛ alr acceptis: non
pure vniuoce p̄dicaꭍ. sed ita est de noīe per/
sone respectu suoꝝ. igiꭍ ꝛc. Maior pꝫ. vbi
eñ termini diffinitōis teneñꭍ aliꭍ ꝛ aliter:
etiā diffinitio aliter tenebiꭍ ꝛ aliter. simili/
ter ꝛ ipm diffinitū. q̄re nō erit mere vniuo
catio. Minor patet ex dictis. qꝛ put indi
uidua sbstātia dicꭍ de creatis pprie sumiꭍ
et put de increatis dicaꭍ: improprie. scili/
cet p re incōicabili in natura intellectuali
vt dictum fuit in secundo articulo. ¶ For/ Oppo.
te diceres. Dicamus indiuiduam sbstan
tiam: sbstantiā incōmunicabilem. ꝛ sic in
ista videtur diffinitio esse vniuoca. ꝛ ex cō
seq̄nti nomē totū. R. q̄ incōicabilitas di
uinę psone ꝛ psōe create nō est eiusdē rōis
nec vno ꝯceptu cōphensibilis pprie. qꝛ il/
la est solū in supposito: nō in natura. cum
natura sit tribꝰ cōis. Sed creata icōmuni
tas est in natura ꝛ persona. sicut eñ nō cō
municaꭍ alicui psona: ita nec natura quę
est psona: cōicaꭍ inquā ad aliud supposi/
tū constituendū. Una nāqꝫ natura creata
nō plura supposita ꝯstituat. nec plā suppo
sita creata erunt vnius naturę. Et ob hoc
non pure vniuoce dicitur incommunica/
bile de supposito diuino et de supposito Pobat
creato. ¶ Secūdo probatur conclusio ex Cōclo
simili fundamento. quia nō eodē mō dici
tur rōnale de angelis ꝛ de hominibꝰ. vt di Cōclo 1
ctum est in p̄mo notabili. ¶ Secūda con
clusio. Nomē psonę dicꭍ etiam non pure

equiuoce de creatis ⁊ icreatis psonis. Pro
bat. qꝛ qḋ pure equiuoce dꝛ nō eadē diffi/
nitiōe dꝛ de vno ⁊ de alio. ſʒ psona dicit de
oībꝫ vna diffinitōe. igit. ptꝫ minoꝛ ex di
ctis in pcedēti articulo. Maioꝛ dclaratur
licet em equocatio a casu in noībꝫ repiat.
nō tn̄ sil' imponit diffinitio: vt sit equiuo/
ca. vt q̄uis canis dicat equiuoce pure de
aīali ⁊ sidere. nō tn̄ descriptio: puta aīal
uīt3. latrabile diceret vnq̄ȝ de sidere. ¶ Secun/
do. qꝛ qḋ pdicat de aliquibꝫ fm pus ⁊ po/
sterius: nō pure equiuoce pdicat de eis. cum
illa equiuocatio sit respectu signatoꝝ eq̄ p
mo. modo psona pdicat de suis signatis:
fm pus ⁊ posterꝰ. igit. Maioꝛ nota. mi/
noꝛ declarat. qꝛ siue psona attendat in oꝛ/
dine ad voces: ⁊ ad vocalē significatiōem
terminoꝝ positoꝝ in sua diffinitōe. patet
q illę voces pus cōueniant creaturis: fm
suū modū significādi: q̄ȝ psonis diuis. vt
dictū fuit in notabilibꝫ. siue in ordine ad
dignitatē: adhuc manifestū est q fm hāc
prioꝛ est dignitas in icreatis q̄ȝ in personis
db 3. creatis. ¶ Tertia pclusio. Nomē psonę p/
dicat de psonis creatis ⁊ increatis: de pso/
nis angeloꝝ ⁊ hoīm analogice. pbat pclu
sio ex pdictis. qꝛ pdicat de eis. vt dicit ter/
tia pclusio scḋi articuli. ⁊ nō vniuoce p cō
clusionē pmā. nec pure equiuoce p secūdā
ergo analogice. cū nō sint aliȷ̄ modi pdicā
di. Hoc de tertio articlo.

Venio ad dubia

biū.1 quarti articli. Quoꝝ pmū est h̄. Utrū no/
men psonę pus dicat de psonis creatis: vł
increatis. Et videt q pus de creatis. qꝛ il/
lis magis pprie cōueniūt ptes diffinitio/
nis. vt dictū est in notabilibꝫ articuli pce
dentis. Sed in oppositū vḋꝛ. cū persona
sit nomen dignitatis. q vtiq̄ȝ pus debeat
creatori q̄ȝ creaturę. ¶ Scḋm dubiū. Cuȝ
2 ptes diffinitōis sint ptes rei: et deꝰ sit sū/
me simplex. quō pōt dicta diffinitio diui
nis psonis pcerere: cū ptibꝫ diffinitōis e/
iusdē nō possit aliq̄ in eis diuersitas corre
spōdere. ¶ Tertiū dubiū. Utꝝ psona i do
3 sit quid vniuersale. Q, nō. qꝛ ibi nihil ni/
si essentia est vniūsale. Scḋo. qꝛ repugnat
rōni psonę: esse cōicabile. Tertio. qꝛ nō p/
dicat de diuersis in numero. ḡ nō est vni/
uersale. tenet pña. qꝛ oē vniuersale habꝫ
diuersa nūero dm̄a sb se. aūs ptꝫ. qꝛ perso
nę diuinę cū sint vnū numero: nō dꝛ nūe
ro. ¶ Sꝫ in oppositū est qḋ pus allegatū In op
est ab Aug. dicēte q psona sit cōe: ḡ est vni positum
uersale. oē em̄ cōmune est vłe. Scḋo qꝛ p/
dicat płaliter: qḋ repugnat singlari. Ter/
tio. qꝛ vtiq̄ȝ nō est singlare: cū supponat p
distinctis suppositis. ḡ est vniuersale. cuȝ
inter illa nullū videat esse mediū. Quar/
to. qꝛ pdicat de pllbꝫ distictis quoꝝ vnus
nō est alius. qḋ videt sufficere ad vniuer/
sale. Quinto. qꝛ diffinit. diffinitio enī est
nō nisi vniuersaliū. ¶ Quartū dubiū. vtꝝ dubiū.4
essentia sit psona: q nō. qꝛ nō est indiui/
dua sba: vel incōicabilis. cōicat em̄ tribꝰ
suppositis. Sed in pnū. quia eēntia ē pꝛ.
Itē est tres psonę. ⁊ q̄libet eaꝝ. ¶ Ad pmū Ad pri/
dubiū. R. nomē psonę p pus dici de vno: mā du.
q̄ȝ de altero. pōt intelligi duplr. Uno mo/
do q̄ȝtū ad modū significādi termini qui
sequit modū itelligendi. seu etiā q̄ ad mo/
dū pmarię significatōis ⁊ impositōis fmi
noꝝ. Alio mō in ordie ad dignitatē. ¶ Cō pmū di/
sequēter dicant tria. Primū q i ordine ad ctū
modū significādi vel pmariā impositōēꝫ
terminoꝝ nomē psonę pus dꝛ de creaturis:
q̄ȝ de increatis. Ptꝫ ex dictis in notabili/
bus tertii articuli. Certum est em̄ q ḡ ad
modū intelligendi pus fuit nota persona
creaturę: q̄ȝ creatoris. ⁊ ideo pus fuit ei no
men impositū. ¶ Item quo ad proprieta/
tes. quia rōnale fm suam verā rōem signi 2
ficandi atq̄ȝ impositōem cōuenit homini
et vt dictū est: fuit inde translatū ad ange
los. ¶ Itē ppria rō indiuiduatōis est i cre 3
aturis: vbi est numeral' distinctio. sꝫ trans'
sumit ad res increatas. eo q in eis sit icōi/
cabilitas. tn̄ vt dictū est: nō ppriesunt di
uersa numero. ¶ Nec mireris: qꝛ ista dici 4
videnł de creaturis fm suā ppriaꝫ intelli/
gentiā. ⁊ de psonis increatis p q̄ndaꝫ sili/
tudinē. ⁊ ē ḡ videt q h̄ mō psona pus cō/
ueniat creaturę: q̄ȝ creatori. vt esse petrā ve
re cōuenit petrę createę. christo vero fm sili
tudinē. ¶ Scḋo dꝛ. q in ordine ad digni 2 dictuꝫ
tatē pus dꝛ de increatis. Patet. qꝛ in eis ē
incōprehensibilis dignitas. ¶ Tertio. q 3 dictuꝫ
simpliciter debemus dicere q per prius di
catur de increatis: q̄ȝ de creatis. quia cuꝫ
sit nomen dignitatis: simpliciter pus di/
ci debet de dignioribus. Per hoc soluta
sunt motiua hincinde. quia primum ar/
guit pro dicto primo. secundum vero pro
aliȷ̄s dictis. ¶ Pro secundo est sciendum ad 2 du/
q triplex sit diffinitio. inquantum nobis bium

Ad secū dū dubium

ad p̄sens sufficit. quedā est essentialis siue quidditatiua q̄ scʒ dat̄ p genus ⁊ p differentiā essentialia. Queda3 causalis. q̄ dat̄ p causam vel causas diffiniti. Et q̄da3 descriptiua. q̄ dat̄ p gen⁹ ⁊ p ꝓprietatē. Uel si sit termin⁹ ꝯnotatiu⁹ diffinibil' p subiectū

1 et p terminos exp̄mētes cōnotatū. ¶ In p̄ma rōe dr̄ q̄ fuit a forma. eo ꝙ forma sit q̄litas essentialis rei: diffinitio aliq̄ mō diuidit: sicut diffinitū. Nā gen⁹ aliq̄ mō h3 rōem materie: quia p̄iacet in diffinitōe. et etiā totā rōe3 q̄ diffinit: subiectiue importat. que res sepe est materia in q̄ accidentium. ⁊ ad min⁹ res est sbsistēs ex materia ⁊ forma. q2 hec diffinitio est nō nisi in sbstātijs cōpositis. Un̄. vij. meth. dr̄. ꝙ simpliciū nō sit diffinitio. ¶ Differētia aūt in ta

2 lib3 habet rōe3 forme. tum q2 formā diffiniti vt estimo ꝯnotat tanq̄ q̄litatē essentialē. ⁊ ſm quosdā vel formā toti⁹. vt humanū. vel formā ptis. vt rōnale. tum etiā q̄a adiectiue et formalr̄ significat. De his duabus diffinitōib3 nihil ad p̄sens. q2 psone diuine essentiali diffinitōe aut causali diffiniri nō p̄nt. ¶ Sed in tertia diffinitiōe

3 scʒ in descriptiōe nō optet ꝙ ptes diffinitionis dicāt ptes rei: p qua diffinitū supponit. q2 fortassis simplex est: nō habēs ptes Ut si describeres: p̄mū ē ens: om̄ia alia antecedēs. ptʒ ꝙ diffinitū supponat p deo: et nulla ps diffinitōis p aliq pte rei suppōit cū in deo nō sint ptes.

Cōclō. 1. ¶ Dicat̄ itaq3. ꝙ descriptio posita de psona sit talis descriptio in q nō optcat ꝙ ptes eius dicāt ptes rei: p q̄ supponit diffinitū.

Cōclō 2 ¶ Dicat̄ secūdo ꝙ descriptio psone dicat ptes diffiniti. i. ptes explicat: quas ꝯceptus diffinit⁹ in se implicite cōtinet. patʒ. q2 vt dictū est i exponendo diffinitōm ꝯcept⁹ psone tria implicat: q̄ eius diffinitio explicite ponit: vt in p̄mo articlo dicebat̄.

Cōclō 3. ¶ Dicat̄ tertio. ꝙ h̄ mō cuiuslibet descriptōis termini ꝯnotatiui ptes: si sit descriptio bona: sint partes rei diffinite. i. ꝯceptus ipius diffiniti. sic scilʒ ꝙ explicite ponit illos ꝯceptus: q̄s cōtinebat diffinitū implicite. Ut cū simū includat ꝯfuse nasum: ⁊ cauitatē eius. ido eius diffininitio dicit: ꝙ sit nasus habēs in medio eius cauitatē ⁊ sic illa duo exp̄mit. ita quoq3 partes diffinientes termini connotatiui sunt partes rei. quia explicat expresse illos cōceptus: quos in confusione conceptus diffinitus virtualiter tanq̄ ptes i cluserat implicite. Hoc de secūdo dubiolo

Ad tertiū dubiū 3. cōclō p̄ma ¶ Quo ad tertiū dubiū. An psona sit vniuersale: Dicendū p̄mo. ꝙ in diuinis ē realis cōmunitas vni⁹ rei simplicis trib3 suppositis. prout essentia est cōmunis omnibus suppositis.

Cōclō. 2 ¶ Secūdo. ꝙ hoc mō nulla psona est cōmunis vel vniuersalis. ptʒ q2 psone sunt incōicabiles. vt dictū est. s3 de illo forte nō querit querēs.

Cōclō 3. ¶ Tertio ita q3 dicat̄. Nomē psone put attribuit̄ diuinis sine dubio est appellatiue q̄litatis in grāmatica. patet. q2 cōmuniter significat corpus aut rē. quare mō cōmuni cuilibet suppositoꝝ cōueniēti. S3 nec h̄ forte querens intendit. Nam fortassis vult querere: an ille termin⁹ psona vt attribuit̄ diuinis sit species. tria vero eius supposita sint ipius indiuidua. Uel vtrū sit genus: ⁊ eadem tria supposita sint ei⁹ spēs.

Cōclō 4 ⁊ ad p̄a p̄ma. ¶ Ubi videt apte ꝙ si ꝓprie velim⁹ loqui: de spē et indiuiduis eius. aut de gnē ⁊ suis spēbus plurib3 cōtentis in ipo. nec ꝓprie spēs nec genus dici pōt psona: respectu triū suppositoꝝ in diuinis ad modū hui⁹ questiōis Qō rōnes tacte satis pbabāt. psone eni3 diuine nō ꝓprie numero differunt. modo quicq̄d debet esse aliquoꝝ spēs: debet eadē cōtinere sub se tanq̄ numero differētia ad minus.

Cōclō 5 ⁊ 2. p̄a. ¶ Secūdo posset dici: vt mihi videt. Si differētia numero large capit̄ ad omnia supposita distincta. ꝙ hic termin⁹ persona restrictus ad diuina sit vniuersale large sumptum respectu suppositoꝝ. q2 de ipis pluribus predicatur in quid. Si enim queramus: quid est pater? meli⁹ dicetur persona q̄ essentia. eo ꝙ essētia sit purum absolutum. persona autem relationē importat in diuinis. vt dictum est. Eodē modo bene diceremus requirenti: quid est filius? ꝙ sit persona. ita ⁊ de spiritusancto.

Corre ¶ Correlarium. q2uis persona non prope sit vniuersale: magnā tamen habet conuenientiā cu3 vniuersali in diuinis. Prima pars patet per primā propositionem. et secunda per secundā. tum quia proprie predicatur in quid. tum etiam quia de diffictis.

aliq̄d dubiū circa genus ⁊c. ¶ Sed magis dubium est: an persona habeat vicinitatem magis ad gen⁹: vel magis ad speciem specialissimam. Et mihi videtur cum Egidio.

Cōclō 1 ¶ Primo ꝙ persone diuine sunt essentialiter simillime. vt fide credim⁹.

Cōclō 2 ¶ Secūdo supposita siue psoe ꝯstituūt̄ ꝓprietatib3 relatis i eē suppositali

vt pater paternitate. filius filiatione. et spi/
ritussanctus spiratione passiua. ad bonū in
tellectū. scz ad modū intelligendi nostrū.
quia pñitas in re est pater: vt ante dictū
Lōclo 3 est. ¶ Tertio. q filiatio et pñitas in predi/
camento ad aliqd vt sic sunt spēs plus dif/
ferētes q̄ due filiatiōes vl' due paternita
Lōclo 4 tes. ¶ Quarto. et h mihi videt. q proprie
tates psonales magis habeāt vicinitatē
ad differētiā vel distinctōem specificā i p/
dicamēto ad aliqd: q̄z ad solā differentiā
numeralē. ptz per pcedens. paternitas em
et filiatio in pdicamēto ad aliqd sūt habi
tudines nō solū numero differētes: sed spe
Lōclo 5 cie. ¶ Quinto. mihi videt et hoc q mod°
pdicandi psone in diuinis: de noīb ppis
suppositoꝝ magis habet habitudinē ad
genus: q̄z ad spēm specialissimā. pz per pre/
cedēs. q2 psonales pprietates seu supposi/
tales habent maiorē vicinitatē ad distin/
Ad 1. in oppositum ctōem specificā: q2 numeralē. ¶ Ad pmū
dicat in priuium factū q Aug°. nō accepit
cōe p vniuersali pprie dicto. puta pro ge/
nere vel specie pprie dicta. sz pro termino
Ad 2 cōmuni q de omib diuinis pdicat. ¶ Ad
secundū. pcedit q nō sit indiuiduū pprie
dictū. nec singlare. nō tn ppterea est vniū
sale pprie dictū: ppter causam sup dictā.
Ad 3 ¶ Per idem ad tertiū. pcedit q supponat
pro distinctis suppositis. sz q2 illa suppo/
sita non differunt pprie numero: eo q sint
vnū ens: et idem in essentia. ideo respectu eo
rū psona nō dicit vniuersale pprie dictū
Obiecti vni solo. ¶ Sed cū obijcis q nō videat mediū. R̄.
negado. q2 bn̄ est in pposito mediū. cū scz
termin° supponat p distinctis suppositis
relatiuis: q sunt vna essentia. talis nāqz
nō pōt poni species pprie vel vl'e. eo q illa
supposita nō sint diuersa entia. Nec pro/
prie dici pōt singulare: q2 p pluribus distin
ctis suppositis supponit. sic illa supposi/
ta nō differūt numero pprie. nec pr ē idē
suppositū nūero cū filio. vt dictū est circa
scdam. q. di. xix. in pmo articulo. ¶ Ad qr
Ad 4 tū p idē. q pdicari de distinctis suppositis
q nō differūt nūero. nō sufficit inferre vni
uersale. Sz in creaturis hoc bn̄ infert esse
vniuersale. eo q in eis distincta supposita
Ad 5 oīa nūero differūt. ¶ Ad quintā. R̄. negā
do q solā diffiniant vniūsalia. q2 etiā dif
finibiles sūt termini: supponētes p distin
ctis suppositis q̄ q̄si assilant vniūsalibus
Ad du ¶ Ad qrtū dubiū. vid: mihi dicēdū. q es/
sentia diuina est idētice psona. q2 est pat. i biū 4 & primo
mo eentia est plēs psone. q2 est pater et fili°
et spūsscūs. est et tres psone. ¶ Scdo vid: 2
mihi q eentia nō formalr sit psona. q2 est
cōicabil'. sz de rōne psone ē incōicabilitas.
Vn̄ de rōe psone est pprietas relatiā. quā
essentia formalr non includit. Per hoc so
luta sūt argumēta: hinc inde mota. moti/
uū em post oppositū est p pma ppone. et
motiuū ante oppositū est p ppone secun
da. Hoc de qrto articulo.

Ad rationes prin/ ad pmā rōnē pricipaliū

cipales. ¶ Ad pmā neget pñs. et ad pbati
onē dicat q in diuinis sūt psone. et negetur q
diffinitio nō pueniat eis. Ad mgrm dic
li. iij. dicat q velit hāc diffinitōē ex diuinis p
sonis: tenēdo terminos pprie nō puenire.
ibi nāqz nō est pprie indiuiduū: vt in pri/
mo articlo dicebat. put scz dic incōicabile
et diuersū ab alio. Boeti° aūt vult q noīa
sumant extense. scz pro indiuidua p incōi
cabili. q2 diffinitōem assignauit: vt cōclu
deret duas naturas: in vna persona xpi. et
sic diffinitio pueniit suppositis diuinis. Ad
rōem q̄ vis pbare h idē. pcedit q diuine per
sone sint nature rōnal'. q2 rōnale accipit p
esse nature itellectual'. ¶ Ad scdam rōnē Ad 2
per idē. q angeli sint nature itellectual'. p
q etiā in psenti sumit rōnal': et nō p differē/
tia diuisiua aīal'. nec p eo qd agit ex deli
beratōe. sz extendit: vt dictū est. ¶ Ad ter/ Ad 3
tiā rōnem dicat. q nec sic nec sic. sz p indi/
uiduā sbam intelligit incōicabil' sba. et h
cōuenit oīb suppositis nature itellectual'
eo q nullū ipoꝝ aliā pōt psonā cōstituere.
¶ Ad scdam rōnē pncipalē pt dici. Pri°: Ad secūdā rōem pncipalē
q natura rōnal' put rōnale ē dria aīal: pdi
cat de hoīe in recto. q2 sic est hec aīa. et cōsti/
tutiuā hoīs. ita q̄ q2 nō sumit in pposito.
Scdo p natura pgscitiua absqz organo cor
poreo: vl' nō educta. quō oīs itellectualis
natura rōnal' appellat. q2 nō educta ē. vel q2
i pgscēdo nō i organo corpeo iudiciū for/
mat. et sic accepit bo e. Vl' meli°. qd sepe in
simplicū diffinitōib q̄ i recto pdicant de
diffinito p modū specificati diffinitū po/
nūt in obliq. vt. q. de aīa diffinit aīa: q sit
act° corpis vitā hñs. et nō ē dubiū q̄n ipa
aīa sit ipamet vita. Et ita i pposito. q2 uis
natura rōnal'. s. itellectual' psenti in angelis
sit id quod ē persona angeli. Quia tamē
in ipsa natura diuina: sit formalis dif/

ferentia inter naturã ⁊ suppositũ. ĩō volu
it Boeti⁹ specificatiue ponere naturã rati/
onalē vt esset sensus nature intellectualis
Et est mod⁹ loq̄ndi ꝯsuet⁹: angel⁹ eñ na
ture intellectual' dr: nō trãsitiue scz alteri⁹:
sz qr est ipamet natura intellectiua. Et ĩō
exponēdũ est: rõnal' nature. i. ĩtellectualis
nature. vel qr in se est natura ĩtellectualis
Ad 3 vel hmõi nature suppositũ. ¶ Ad tertiam
negetꝰ ꝯña. Ad pbatõem: licet in corpib⁹
quibusdã videatꝰ ꝙ indiuiduatio ꝓueni/
at ex pte materie: nō tñ in angel. qr in illis
etiã sũt indiuidua: q̃uis in eis nō sit ꝑ pe
materia. Capitꝰ aũt h̄ indiuiduatio nō p/
prie pro indiuiduo: sz pro incõicabili. vt
dictũ est. mō incõmunicabilitatis cã nō ē
Ad 4 materia. ¶ Ad quartã. dictũ est in dubio:
quō cõueniat diuine essentie identice. iꝙ
tum est suppositũ incõicabile formaliter.
et sub rõne essentie ei nō cõuenit. cũ sit cõi
cabil' plib᷒ suppositis. Ad secundã ꝓbati
onē: ꝙ aĩa sepata nō est ꝓprie ꝑsona. ⁊ lz
de facto nō sit cõicata: cõmunicabilis ta/
mē est supposito hũano. non eñ est de na
tura aĩe esse suppositũ vel incõicabile. cũ
habeat tendẽtiã naturalē ad corp⁹. ¶ Ad
rõnes argumētoꝝ ꝯtra scdm suppositum
¶ Ad pmaz ꝯcedit ãñs: ꝓprie loq̄ndo de
Ad. 1. 3 differẽtib᷒ numero ⁊ negetꝰ ꝯña. Et ad pro
1. dz sup batõem dicatꝰ ꝙ cõiter p̄dicari dr in diuinis
positum qd p̄dicatꝰ de essentia ⁊ trib᷒ suppositis. vt
dictũ est. inuenitꝰ eñ cõis p̄dicatio non so
lũ ꝓpter diuersitatẽ q̄lis est in creaturis. sz
ꝓpter distinctõem. q̃uis nulla sit diuersi/
tas: etiã nec nũeralis. vt in suppositis diui/
nis. Persona igitꝰ dr ab Aug p̄dicari cõi/
ter de suppositis diuinis. qr sũt distincta.
Ad 2 et eoꝝ qdlibet est ꝑsona. ¶ Ad secundã. lz
termin⁹ singlaris signat⁹ per h̄ nomē indi
uiduũ nō p̄dicaretꝰ de plib᷒. tñ hic termi⁹
ĩdiuiduũ p̄dicatꝰ cõiter de oĩb᷒ ipis. Sic
in ꝓposito lz nulla res q̄ est ꝑsona: p̄dicetꝰ
cõiter: qr est scḋa indiuidua. h̄ tñ termin⁹ ꝑ
sona q̄ oĩes hmõi res significat: de quali
Ad 3 bet eaꝝ p̄dicatꝰ. ¶ Ad tertiã. licet ꝑsona p̄/
dicetꝰ fm scḋam. h̄ tamē nō est pure absolu/
te. qr relatõez denotat. vt dictũ est. q̄ qui
dem res relatiue sunt tres in deo. ĩdo tria
hmõi supposita in deo tres dicuntꝰ ꝑsone
Essentia aũt qr absolute dr: nō pluraliter
Ad 4 dr. qr pure absolute signat. ¶ Ad quartã
ꝙ cõitas ꝑsone in diuinis est fm nomen ⁊
rem. qr realit' sũt ibi tres ꝑsone. Et qñ obij

cit. ergo ibi erit aliqd cõe p̄ter essentiã. Si
intelligis ꝙ ibi aliq̄d cõit' p̄dicetꝰ: qd nō est
essentia diuina. ꝯña est vez. qr hmõi voces
sũt termi q̇ dicuntꝰ cõiter p̄dicari. cũ de sin/
gulis ꝑsonis ⁊ de essentia etiã p̄dicentꝰ. Et
sic h̄ nomen ꝑsona p̄dicatꝰ ibi cõiter. qr p̄di
catꝰ de singlis suppositis. i. d noib᷒ singloꝝ
suppositoꝝ. Si ĩtelligis ꝙ ibi sit cõueniẽ/
tia real' suppositoꝝ fm quã dicuntꝰ ꝑsone:
et fm q̄s essentia nō dr ꝑsona. Rñdetꝰ ꝙ d
hac satis est distinctũ in scḋo articulo. di
cuntꝰ eñ ꝑsone rõne cõueniẽtie in natura ĩ
telligibili: ⁊ rõne ꝓꝓetatis incõmunicabi
lis quã hñt in ead natura. ⁊ h̄ essentie for/
malit' nō ꝯuenit: puta esse ĩcõicabile. Si
vero intelligas: ꝙ qr ꝑsona cõiter p̄dicatꝰ.
ĩdo ei intrinsece debeatꝰ aliq̄ cõitas realis:
que nō est essentia. Hoc nō sequitꝰ. termi⁹
eñ est cõis suppositis: rõne iam expssa. et
pleni⁹ narrata in ar. ij. Nec sequitꝰ. hō p̄di
catꝰ vniuoce de socrate ⁊ platone. g̃ in re est
aliq̄ entitas cõis socrati ⁊ platoni. cũ nul
la talia in essendo sint in creaturis. ¶ Ad Ad pri
rõnes argumētoꝝ ꝯtra q̄situ. ¶ Ad pmaz mã ꝯq̄
licet ꝑsona p̄dicetꝰ de oĩb᷒ vno noĩe ⁊ vna rum.
rõne: illa tñ ratio est equoca a ꝯsilio. seu a
naloga. sicut nomē ꝑsone: vt dictũ est. ĩō,
qz nō ē p̄dicatio vniuoca. Unitas eñ dif/
finitõis facit vniuocatõem: dũ fuerit vni
uoca. qñ ꝟo fuerit analogica: facit analo/
giã. ¶ Ad scḋam. ꝙ nomē ꝑsone nō dr fm Ad 2
purã rõnem negatiuã. qr licet ponat incõ
municabilitatē: ⁊ q̄ ad h̄ sit negatiuũ. cũ
hoc tñ ponit scḋam rõnalis nature. ⁊ q̄ ad
hoc est diffinitio analogica: silr ⁊ ei⁹ mo/
dus significãdi. ¶ Scḋo. etiã dr ꝙ nō di/ 2
se cõicabile inq̄ztũ pure negatiue intelligi
tur: eiusdē rõnis est in oĩb᷒ de quib᷒ di/
citꝰ. Sz inq̄ztũ h̄ supponitꝰ ꝯpetere distictis
inter se. sic alia incõicabilitas repitꝰ in crea
turis: ⁊ alia in diuinis. qr in creaturis ē sp
cũ diuersitate essentiali. in diuinis autē nō.
Et sic est alia ratio incõicabilitatis in cre/
aturis. ⁊ alia ĩ diuinis. negatio eñ que re/
spectũ secũ importat ad affirmatõem. rati
one affirmatõis. s. distinctiõnis quã innu
it: pōt diuersimode ⁊ analogice ꝯpetere di
uersis. Et ita est de noĩe ꝑsone: ⁊ de noĩe in
diuidualꝰ incõicabilitas. ¶ Ad tertiã dcm Ad 3
est satis in pmo dubio quō analogia ꝑso/
ne. vno mō scz rõne dignitatis ꝑus attri/
buitꝰ deo. Et q̄ ad vocũ impositõem ⁊ signi
ficatõez ꝑus creatis. Ad ea q̄ dicta erant

p pte opposita. Pz. q omia arguūt p dict.
Hoc de questione.

Vicesimonono

no querit circa di.xxvi. vtruz
trib⁹ ppzietatib⁹: q sunt pa-
ternitas: filiatio & pcessio tres hypostases i deo
distinguant. Que q̄stio duo supponit & vnū
querit. Supponit em̄ pmo q tres sint ppe
tates. Scdo q i deo sint tres hypostases. &
querit vtz hypostases tres p illas tres ppe
Cōtra 1. tates ab inuicē distinguant. ¶ Cōtra pmū
suppo. suppositū arguit. Plures sunt ppetates in
deo q̄z tres. g pmū suppositū falsū. Ↄn̄tia no
ta. Anñcedēs ptz. q2 esse ingenitū Ↄperit sibi
patri. teste Aug. in questionib⁹ ad Orosiū
dicentē. Si ipmiscrim dixerim⁹ ingenitū du
os patres affirmare videbimur. Qd autez
vni soli Ↄuenit: hoc ē illi ppziū. ¶ Scdo eo
Scdo dē mō argui pōt de innascibilitate. ¶ Secū
sic. do pncipaliter. Quia esse imaginē pris est
ppziū filij. g &c. Cōsequētia tenet. q2 illa ad
dita illis faciet nobis quartā. Anñcedēs pz
p Aug. vj. de tri. ca. ij. dicentē. Solus fili⁹
ē imago patris. igit esse imaginē ē ppzium
Tercio filio. ¶ Tercio sic. Tot sunt ppzietates i deo
sic quot relatōes. Sed relatiōes sunt quattu
oz. igit &c. Maioz patz. q2 nihil quod p re
latiōem dicit est Ↄmune i deo. quia essentie
nō Ↄuenit. Minoz patet. q2 sunt paterni-
tas: filiatio: processio & Ↄmunis spiratio. vl
fm Egidiū Ↄmunis notio. ¶ Quarto. quia
videt q tot sint ppzietates quot fuerint no
tiones. Sō q̄nq̄z sunt notōes. igitur. Pa
tet maioz. q2 notio dicit: eo q notificet pso-
nā. Sō non videt q aliquid ppzie possit
notificare psonam nisi ppzium. Quod em̄
Ↄmune ē: nō est natū notificare psonaz sed
essentiā. Minoz patet. q2 notiones cōmu-
niter pōnūtur: paternitas: filiatio: proces-
Arguit sio: cōis spiratio: & innascibilitas. ¶ Quin-
5 to arguit sic. Nulli psone cōuenit aliqua p
pzietas. igit. Cōsequētia nota. Anñcedēs p
bat. quia ppziū debet sumi p compatōez ad
naturā. & nō ad hypostasim. vt patet p phi
losophū. v. topicoz. dicentē. q ppziuz pri⁹
competit speciei. deinde indiuiduo. ergo in-
diuiduoruz & suppositoz nō sunt ppzieta-
tes: sed generis & speciei. Cū ergo i diuinis
natura que se habet ad modū speciei sit cō
Cōtra 2 munis. videt q nulli psone sit aliquod pro
suppo. priū. ¶ Deinde arguit contra secundū sup-
positū. q scz i deo nō sint tres hypostases. q2
hypostasis dicat materiā q nō reptit i diuis
igit nulla est i deo hypostasis. Patz maioz
q2 videt q sicut vsia dicit cōpositū ex ma-
teria & forma. & sicut vsiasis dicit formaz si
ne materia. q sic hypostasis dicat materiā si
ne forma. Minoz nota. ¶ Cōfirmat aucto Confir.
ritate Hieronymi i epistola ad Damasip-
pū dicentē. q i hoc nomie latet venenū sub
melle. Talia aūt deo ascribere nō debemus.
quia errorē inducere possent. ergo neq̄z cōce
dere debemus: q in deo sit aliqua hypostas.
¶ Secūdo pbat anñcedēs. q2 hypostasis se 2
habet ad naturā sicut cōpositū ad simplex
Sed hoc i deo nō habet locū. g Maioz pz
p Boe. i libro de na. & per. dicentē. q hyposta
sis dicat subaz subiectā accidētib⁹. hoc au
tē ē se habere p modū Ↄpositi. ¶ Itē. q2 tan- Item
tū ē dici hypostasis sicut res nature: que ali
cui nature supponit. Talis aūt suppositio
ē i composito respectu nature sue que est for
ma. Minoz nota ē. eo q deus sit sume sim-
plex. ¶ Tercio pbat anñcedēs. Quia si i deo 3
sint hypostases tres. hoc ē put li hypostas
dicit q̄d absolutū. Sed hoc nō. q2 i deo nō
sunt plura absoluta. ¶ Uel put dicit relati
onē. & hoc iterz nō. q2 relatio distinguit. hy-
postasis aūt si sit i deo: deberet pōni q̄d disti-
ctū. g nō videt q sit relatio. ¶ Scdo princi Scdo
paliter. Si in deo esset hypostasis: sequeret pncipalr
q in ipo esset cōpositio. Falsitas Ↄsequētis
patet. Probat Ↄsequētia. q2 hypostasis di-
cit psona ppzietate distincta: ad dignitatē
ptinētē. Sed vbi pmo ponit psona: secūdo
sup addit ppzietas. pz q sit aliq̄lis Ↄpositio
¶ Tercio pncipalit. Si in deo eēnt tres hy Tercio
postases: in ipo essent tres sbe. Falsitas Ↄse pncipalr
quētis ptz. Probat Ↄseq̄ntia. q2 hypostas
iuxta nomis deriuatōem ē subsistētia vl eēn
tia. Qd em̄ sbsistit aut ē subsistētia aut eēn
tia. ¶ Tercio arguit. q hypostases nō disti- Contra
guant ppzietatib⁹. q2 nō distinguunt rela- q̄sitū
tionib⁹. nec ergo ppetatib⁹. Conseq̄ntia te
net. q2 ppzietates i diuinis sunt relatiōes.
Anñcedēs pbat. q2 ablatis relatōib⁹ adhuc
manerēt distincte hypostases. igit. Cōseq̄n
tia tenet. q2 si p relatōes distiguant. ergo il
lis ablatis nō manerēt distincte. Anñcedēs
pbat. q2 omne qd relatiue dicit: ē aliq̄d pter
relatōem. Si ergo hypostases dicant rela-
tiue: optebit q sint aliquid pter relatiōem.
quia relatio sine absoluto nequit esse. Tol
le igit relatiōem: & manebunt res absolute.

Scdo sic. ¶ Secūdo patet hoc ex descrptiōe hyposta
sis. psona em distincta est ppietate ad di
gnitatem ptinēte. Tolle igit ppietatem: et
manebit psona. Pōt em pma ps diffiniti
onis remanere: ablata secūda. similr et in/
Tercio sic. telligi: nō intellecta secūda. ¶ Tercio pro/
baf idem. Quia hypostasis i creatura non
tollit: ablata ppietate relatiua: vt pīnita/
te. vel silitudine. ergo nec i diuis. Cōsequē
tia tenet. qr hypostaf i diuis multo pfecti
or ē q̄ i creaturis. si ergo illic manere possit
Quarto sic videf q magis ibi. ¶ Quarto hoc idē. Quia
vel pater ē quis: eodem quo pater. vel alio
pura paternitate que est relatio. Tolle ita
q̄z ipsam: adhuc manebit quis. ergo psona
cū quis in diuinis psonam dixerit: et quid
substāciā dixit. Si dicaf q eodē. ergo sicut
pr pīnitate ē pater. ita erit pīnitate quis.
Sed falsitas ɔsequētis patet. quia filius
Scdo pncipale ē quis: i quo nō ē paternitas. ¶ Scdo pnci
paliter. quia pater pōt intelligi psona: non
intellecta sua ppietate. igitur nō distigui/
tur ea. Cōsequētia nota. quia si solū ea di
stingueref ab alijs psonis: nō posset intelli
gi esse psona: nisi intellecta ppietate. ergo
nō ea distinguif. Añcedēs pz. qr pater pōt
intelligi ingenitus nō intellecta ppietate
paternitatis. vt patet ex. v. de trinit. ca. vj.
Sed p se esse ingenitū psonaliter ab alijs
distinguif. ergo pōt intelligi psona nō in/
Confir. tellecta ppietate. ¶ Confirmaf. quia gen/
tiles itelligūt deū hypostasim: eo q aliquid
p se subsistēs. et tamē nihil de proprietatib9
Ar.3. ipis constat. ¶ Tercio. ppetates sunt poste
riores q̄z hypostases. igif nō distinguūt eas
Consequētia tenet. quia quod pus ē in se:
nō distinguif p id quod ē posterius. Ante
cedēs pbaf. quia propetates sunt respecti/
ue: et hypostases absolute. vt notū ē. Nō
absolutū pus ē respectiuo. et reducif respecti/
uū apud animā ad absolutū. quia in abso
luto vt in fundamēto subsistit. ¶ Quarto.
Ar.4. Quia sic hypostases nō haberēt nisi esse re
spectiuū. Falsitas patet. quia sunt supposi
ta diuina et substātie. Et patet cōsequētia.
qr distinguēs dat distincto; tale esse quale
In ɔriū ipm hz. mō ppetates sūt respectiue. ¶ Sz
p pmo supposito ē mgr ca. iij. pntis di. vo/
lēs et ostendēs ex verbis Aug. q tres sint p
prietates ille in titulo questionis enumera
te i diuinis. ¶ Sed pro secūdo supposito ē
2. Dama. li. j. ca. q. dicēs. Cognoscimus et cō
fitemur: q vnus ē deus et vna suba in trib9
hypostasib9. Et patet. qr greci vocāt hypo
stasim quod nos psonā. ergo cū tres pona/
mus ē psonas: ɔsequēs erit q sint tres hy/
postases. ¶ Sed pro quesito ē Boe. dicēs. 3
Suba ɔtinet vnitatē. sz relatio miltiplicat
trinitatē. mō idē ē relatio qd ppetas. vt di/
cit mgr ca. q. Hmōi g propetas trinitatē i
stituit. et p ɔñs p propetates debēt distigui
rā ēēt eterna. ⁊ hoc nō. quia creatura nō est
eterna. Nō nō videt relatio ēē nisi ad ens
Uñ btūs Aug. v. de trini. ca. xix. ⁊ xxvj. di
cit. deū esse dn̄m ex tpe. quia non ab eterno
Cōseqn̄t habuit seruū. ¶ Scđo loco arguit. ꝙ rela/
arguit 1 tio dei ad creaturā sumat ab aliqua realita
te: distincta ꝯtra essentiā absolutā existen/
tē ī deo. ¶ Pmo. qꝛ oēs formales denoīati
ones positiue supponūt formalitatē realez
a qua dicunt. vt nihil ē albū sine albedine
Nō hmōi relatōes dicunt formalit̄ ⁊ po/
sitiue de deo. vt esse dn̄m esse creatorez. ergo
erit ī deo aliqua formalitas a qua dicūtur.
Confir. ¶ Et ꝯfirmat sic. qꝛ nō minorē formalitatē
ī deo videt dicere: esse creatorem reꝝ: q̄z esse
prēm filij. Nō esse prēm dicit ī deo relatio
nē realē: etiaz aliquo mō diuersam ꝯtra ab
solutā essentiā. ḡ ⁊c. Patz maior. qꝛ esse cre
atorē p̄supponit esse prēm: cū pater om̄ia p
ducat verbo Joh. j. Et minor pz p pꝰus di/
cta circa dis. xxvj. ⁊ deinceps. quia prn̄itas
q̄uis trāseat in essentiā quā dicit pater. est
tamē relatio realis ꝯstitutiua suppositi pa

tris. ¶ Scđo sic. qꝛ omī actu rōnis circūscri Ar. 2
pto adhuc deus esset creator. Uel ḡ h̄ sibi cō
uenit ēētialiter. ⁊ hoc nō. qꝛ tūc ab eterno
ēēt creator. Uel ꝯuenit sibi relatiue: ⁊ si sic.
vel ḡ relatiue rōnis. ⁊ hoc nō. qꝛ illa ē circū
scpta. Uel relatione reali. ⁊ si sic. vel ḡ hec
realis relatio est in deo: ⁊ cū nō ꝭm essentiā.
vt dictū ē: sequit ꝙ ē ꝭm rē. que est in deo di
stincta ꝯtra absolutū. ¶ Uel ē in creatura. ⁊
hoc nō videt. qꝛ relatio creature videt deno
minare creaturā: non creatorē. qꝛ quicq̄d ali
ud denoīat est in eo quod denoīat. ⁊ p̄sertim
actꝰ q̄ aliquē denoīat. ¶ Tercio sic. relatio q̄ 3
deꝰ dicit dn̄s creature: ē relatio realis. ḡ cuz
nō sit ꝭm absolutū: opzet ꝙ sit ꝭm rem respe
ctiuā ī deo existentē. Cōseq̄ntia tenet. qꝛ si n̄
sit ꝭm hmōi rē: tūc nō ēēt relatio real. ⁊ an̄s
pz. qꝛ hz reale fundamētū ī deo. s. dei om̄ipo
tentiā. ⁊ realia extrema. s. deū ⁊ creaturā. nā
ꝭm hec est deus dn̄s creature. ¶ Quarto. qꝛ 4
aptitudial relatio pductiui ad pductibile
ē real relatio ī deo. ḡ pducētis ad pductū. ꝯn̄
tia tenet. qꝛ minꝰ videt ꝙ potētia fūdet sup
re q̄z actꝰ. ⁊ an̄s pz. qꝛ p subtractiōez oīs in
tellectꝰ creati n̄ subtraheret pductiuitas dei
respectu creature. ḡ hmōi relatio n̄ ē relatio
rōis. qꝛ illa pōt ipediri. ⁊ impediret si nō ēēt
intellectus creatus vel ratio. ⁊ q̄re pducēs
creaturā ī alia natura: nō ēēt ita bn̄ relatio
sicut pducēs filiū in eadē natura ¶ Quito 5
qꝛ qđ ppue ꝭm nomē suū dicit relatoꝝ: vbi
cūq̄ hoc inuenit: ibi dicit relatiōem. Nō
pncipiū ex noīe suo importat relatōem. pz
j. physicoꝝ. qꝛ pncipiū dicit quoꝝūdaz aut
cuiusdā pncipiū. vt j physicoꝝ ca. q. Nō
ī deo respectu creature ē pncipium. ¶ Sexto 6
qꝛ diuersum ab alio refert ad ipm reali rela
tione. Nō deꝰ realit̄ ē diuersus a creatura.
igit. Pz maior. qꝛ diuersitas ē ī se real rela/
tio. Minor nota ē. ¶ Septio. qꝛ vl' dn̄s dr 7
ď deo pprie: ⁊ tunc pōnit rem suā in deo. vel
metaphorice. ⁊ hoc nō. qꝛ deus realiter di/
cit dn̄s ⁊ vere. licz metaphorice dicat leo vl'
lapis. ¶ Octauo. qꝛ sciētia dr realit̄ ad scibi 8
le. licet nō ecōtra. v. metaph. Nō deꝰ ē rea/
liter scia respectu creature. igit deꝰ refertur ad
creaturā reali relatiōe. ¶ Nono. dependētia 9
creature a creatore est quedā res respectiua
distincta ab omībꝫ rebꝫ absolutis. igit. Cō
sequētia nota ē. sz an̄s pbat sic. qꝛ cū lumē
solis depēdeat a deo mediāte sole: ponamꝰ ꝙ
deꝰ immediate cōseruet ipsum lumē sole nō
cogente: vel ergo ī sic faciendo deus pducit

in lumine aliquã dependentiã novã: vel corrũpit preteritã respectu solis: vel omino nihil pducit vel corrũpit. si pmũ vel scdm: tũc habet ppositũ. qr si dependentiã pducat: cũ illa nõ sit res absoluta. quia in hoc nullaz rem absolutã producit: vt notuz ẽ: sequit q dependẽtia sit res respectiva. Eodem mõ est si dependentiã corrumpit. ¶ Si dicis terciũ q omino nihil. tũc hic nõ ẽ mutatio aliqua qr nec acqsitiua nec dependitiua: qđ videt impossibile. qr lumẽ añ õseruabat a sole. et postea nõ õseruat. ḡ ppter q sit aliqua mutatio p articulũ psiẽn. dicerẽ. dicere q õdictoria possint verificari de eodẽ sine mutatõne media: error. Decio arguit hoc auctoribus. Primo

Arg.10 beati Aug. v. de trini. ca. iiij. dicẽtis. q relationes ĩ creaturis sint accidẽtia: nõ aũt ĩ deo. Et addit. qz oia accidãt creaturis: que vel augeri pñt vel minui. vt magnitudines et qualitates. et quod dicit ad aliqd: sicut amicicie: seruitutes: similitudines vel eq̃litates.

2 ¶ Scda auctas ẽ phi. v. metaph. dicentis relatões mõ nũeri et mõ potẽtie dictas relatiões reales. et dicit eas aliquid realitatis ponere in vtroq extremoz. Relationes õo mẽsure dicit realitatis aliquid ponere ĩ mẽsurato: licet nõ ĩ mensura. Mõ manifestũ ẽ: q nõ plus in vno ponerẽt q̃ in alio: si nõ essent distincte a rebus absolutis. qr certum

3 ẽ: q eque bñ ponũt vtrũq absolutuz. ¶ Tercia auctoritas habet ex p̃dicamẽtis Aristotelis et v. metaph. vbi phs distinguens ens reale in decẽ p̃dicamẽta. ĩ hmõi reali distinctõe enumerat relatõem: quod nõ esset nisi poneret ens reale sicut alia p̃dicamẽta et hoc necessario erit distinctũ a singulis ab

4 solutis. ¶ Quarta auctas ẽ Auicẽne. iij. metaph. sue dicẽtis. q relatio hz ppriã certitudinẽ: fm quã hz ppriũ eẽ ĩ eodẽ. et ppriã a

5 ctualitatem. ¶ Quinta auctas ẽ Auerrois xij. metaph. comento. xix. relatio est debilioris esse p̃ce alqs p̃dicamẽto: ita q quidã intellexerunt eaz esse de secũdis intellectis.

6 ¶ Sexta Cõmẽtatoris iij. celi dicentis. q compatio ẽ accidẽs sepabile. Mõ quelibet

7 cõpatio pprie dicta ẽ relatio. ¶ Septima auctas Symplicij ĩ p̃dicamẽtis. q distinguit relatõem in relatõem realẽ: et relatiõez fm rationẽ. quod nõ esset dicenduz: nisi relatio esset saltez realis: simpliciter res respe

In õtrariũ ctiua. ¶ Sed p supposito questionis: q relatio sit dei ad creaturã: ẽ mgr in lra distin. p̃sente p totũ. Sed q nõ sit quid distinctũ a rebus absolutis: pbat sic. qr silitudo nõ distinguit a qualitate absoluta. ḡ nec dñatio dei sup creaturis distiguit ab absoluto. õña patet. qr mior ẽ distictio ĩ deo q̃ in creaturis. et añcedẽs pz. qr albũ nõ ẽ aliqđ õpositi⁹ ex hoc q ẽ albũ et sile: q̃ si solũ esset album ¶ In questione qr distinctio breuis ẽ: et ĩ secũdo circa di. xx. õ eadẽ matia forrassis erit sermo: erũt ĩ ea duo articuli. Prim⁹ erit vtrum sit relatio inter deũ et creaturã. Scdo an relatio hec aliqđ ponat p̃ter res absolutas et dubia annectã si tps patiet.

Arti.i. Pro primo notandũ ẽ pmo. q relatio sfm nois pprietatẽ loqui vellem⁹: est õpatio aie õparantis vnã rẽ alteri. et sic nõ ẽ dubiũ qn relatio. esset inter deum et creaturas vel eẽ põt. qr aia põt õparare deũ creaturis: vt efficientẽ. conseruantem dominũ: ordinãtem et ad bonũ dirigentem et sic de õsimilibus. ¶ Scdo mõ põt intelligi vtrum extra aiam sit relatio dei et creature. et hoc mõ relatio põt capi dupliciter. Uno mõ pro rebus que inuicẽ ĩ aliquã habitudine sub termis õcretis p̃dicamẽti ad aliqđ ĩportat. vt albũ diceret relatio ad albũ in q̃tũ ĩportat p hũc terminũ sile. qr albũ sile ẽ albo ¶ Alio mõ relatio diceret forma vel habitudo fm quã res inuicẽ noibus õcretis p̃dicamẽti ad aliqđ referunt. vt albedo diceret relatio duorũ alboz. qr sunt ĩ ea silea siue fm eã. ¶ Se-

Nota 2 cũdo ẽ notãdũ. q eẽ realẽ relatiõz ĩ deo respectu creature iuxta tradita doctoz p̃t intelligi dupl'r. Uno mõ q qñcũq de⁹ referet nouo mõ ad creaturã: est in eo noua res aliq̃ mõ ordinãs deũ fm talẽ habitudinẽ ad creaturã. ¶ Alio mõ q fm aliquã habitudinẽ de⁹ realr se hñt ad creaturã: fm quã noie relatiuo exprimeret: fm quã se nõ habuit añ eandẽ. et iste mod⁹ 2⁹ de necessario reqrit mutatõz: eo q õdictoria successiue verificant de deo: etiã hoc mõ: vt q post ẽ dñs socratis: et añ nõ erat dñs socratis. qr socrates nõ erat Hec aũt mutatio fit ĩ creatura: nõ in deo. ¶ De quo btũs Aug. v li. de tri. ca. xxvj. et assumit a mgro in lra p̃ntis di ca. iij. ponit exemplũ de nummo dicẽs. Nũmus cũ dicat p̃ciũ relatiue dicit: nec tamẽ mutatus est: cum esse cepit p̃ciũ. sequit. Si ḡ nummus põt sine vlla sui mutatõne toties dici relatiue: vt neq cũ incipit dici: neq cũ desinit: aliqđ ĩ eius natura vel forma q nũm⁹

ē:mutatōis fiat:quāto facilius de illa incō
mutabili substātia debem⁹ accipe:ꝙ ita di/
cat relatiue aliquid ad creaturā:vt ꝗuis
tpaliter incipiat dici:nō tamē ipi subē dei
accidisse aliquid intelligat:sed illi creaturę
ad quā dicit.¶ Vñ mgr ca.iiij.eiusdē dist.
dicit.ꝙ appellatio qua creatura ad creato/
rē relatiue dicit:relatiua ē ꝛ relatōem notat
quę ē in ipsa creatura.intellige p positionē
noue rei ꝛ realem mutationē eiusdē creatu
rę.sequit. Appellatio ꝟo illa:qua creator re
latiue dicit ad creaturā:relatiua quidem ē
sed nullā notat relatōem quę sit in creatore
intellige p positōem alicui⁹ nouę entitatis
Cōclo 1 vel mutatōis in ipo.¶ Illis pmissis sit pri/
ma ɔclusio hec.Deus ꝛ creatura sb aliqua
habitudine significabili p termios pdica/
mēti ad aliqd ɔcretos:apud aiā pñt signi
ficari vere ꝛ intelligi.pꝫ.qꝛ de⁹ ē creator.crea/
tura res creata.de⁹ ē mēsurās dignitatē crea
turę.creaturę mēsuratę:de⁹ ē dñs.creatura
seru⁹.deus ē supi⁹ ꝛ creatura inferi⁹.de⁹ ē por
creatura posterior.ꝛ sic de multis alijs mo/
dis.igit ɔclusio vera.ɔñcia nota ē.qꝛ oms
vtriqꝫ termi sunt de pdicamēto ad aliqd.sic
ꝙ nō pñt intelligi nisi p respectū ad inuicē.
Corre 1 Añcedēs notū ē.¶ Correlariū.De⁹ ꝛ creatu
ra sub aliq̄ habitudine respectu eoꝝ p tmi
nos ɔcretos pdicamēti ad aliqd iportātur
Corre. 2 pꝫ p ɔclusiōē.qꝛ sic aie significat.¶ Scdm
correlariū.Vera relatio ē dei ad creaturā:p/
mo mō expsso i pmo notabili.pꝫ ex pcedēti
qꝛ hoc ē ee relatiōem int res:eas importari
sub certa habitudie p termios ɔcretos pdi
camenti ad aliqd.¶ Forte dicet:q̄ res ē hec
habitudo dei ad creaturā: R.ꝙ sit ipe deus
in qꝫtū libere aliqđ bonū facit creaturę vel i
creatura:vel circa eā.Habitudo ꝟo creatu
rę ad deū ē ipa creatura:prout aliquo mō in
ordine ad suū ee vel bñ ee depender ab eo/
Cōclo 2 dē.¶ Scda ɔclusio ponit vt pbabilis:sine
temeraria assertōe.Deus in re ē habitudo
sua:qua se aliqualiter hꝫ ad creaturā:mō
signato p aliquē terminū abstractū pdica/
mēti ad aliqd.Pꝫ.qꝛ certū ē ꝙ deus sit vere
dñs creature.querit ḡ de dñatōe dei qua do
minat creaturę.si ē aliquid vel nihil.¶ Nō
pōt dici ꝙ nihil sit.qꝛ tūc nō diceret dñs a
dñatōe positiua Si sit aliquid:vel hoc est
creatura.ꝛ hoc nō.qꝛ creatura ē magis ser/
2 uitus:cū seruiat creatori.¶ Itē qꝛ dñatō dei
ē a generatōe in generatōem.hoc ē in ęter/
nū saltē a pte post.vt dicit i psalmo.ꝛ i glo.
sup eodē.Hoc aūt creaturę nō videt ɔueni
re.qꝛ etiā si nulla creatura a pte post semp
remaneret.sed essent singulis annis nouę ꝛ
noue creaturę:tūc nulla creatura eēt a gene
ratōe i generatōem:siue ęterna a pte post:ꝛ
nihilominus dñatio dei adhuc maneret ęt
naliter vt notū ē¶ Vel ē creator.ꝛ si sic.ergo
hec dñatio ē ipemet deus.ꝛ ex ɔsequēti iste
termin⁹ dñatio abstractuꝫ hui⁹ termi dñs
habitudinē expmēs dei ad creaturā signat
deum:qđ ē ppositū.¶ Itē causalitas actiua 3
dei sup creaturā:quid ē nisi de⁹.¶ Itē poten/ 4
tia creatiua dei qua potuit ab ęterno creatu
rā pducere:quę vt sic dicit ad creaturā pos
sibilē:qđ ē nisi deus vel eēntia diuina:¶ Si 5
militer donabilitas qua eēntia siue tres p/
sonę ęternalit poterāt se donare creaturę:ni
hil aliud ē nisi deus.ꝛ ḡ ɔclusio vera videt.
¶ Correlariū.Deus etiā ē scdo mō pmi no Corre.
tabilis i pdicamēto ad aliqd:sic ꝙ ē forma
lis habitudo i se:fm quā noie cōcreto pdi/
camenti ad aliqd pōt signari.ꝛ p qua sup
ponūt termi abstracti eiusdē pdicamenti.
Pꝫ ex ɔclusione ꝛ ex pbatōne eius.Est em̄
dñatio a qua dicit dñs.est donabilitas es/
sentialiter sumēdo nomē:a qua dicit donū
ꝛ ita in alijs.vt pꝫ ex ɔclusione.¶ Forte di/ obiectio
cet ꝙ ad aliqd siue relatiua sint simul natu
ra.Modo deus prior est natura ꝗ creatura.
¶ Scdo deus i nullo genere videt esse:quō 1
ḡ erit de pdicamēto ad aliqd¶ Hec pua sūt Ad 1
iuxta modernā phiam ꝛ logicā.qꝛ relatiua
esse simul natura:nihil aliud ē ꝗ ꝙ ɔsequē
tia subsistēdi valeat ab vno ad aliud ꝛ ecō
tra.Vel ꝙ sint simul naturali intelligentia
id ē ꝙ nō possit vnū intelligi sine reliq̄.ꝛ est
dictū de terminis.Nō em̄ opter:si imperator
hodie nouū suscipiat seruū:ꝙ ille sit impa
tori coęu⁹:sed sufficit ꝙ valeat ɔsequentia
ab eē dñi ad eē serui:ꝛ ecōtrario.ꝛ ita ꝗuis
immēse deus oēm creaturā añcedat.tñ pro
ut creator dicit actū:simul intelligit eē crea
tor ꝛ creatura quā creat.ꝛ sequit.creator est
ergo creatura ē:ꝛ ecōtrario.¶ Ad scdm.ꝙ si Ad 2
ne eēntia dei sit i genere siue nō.nihilomin⁹
res quę ē deus ē ex pte i pdicamēto actōnis:
vel ad aliqd p compatōeꝫ ad effectū¶ Q,
aūt multi doctoꝝ dicūt deū nō eē in genere
intelligit quo ad eēntialia dei:vel quo ad il
la q̄ intrinsece sunt i deo.vel vt supra dictū
ē.q.xij.¶ Tercia ɔclusio.ꝙ capiēdo relatōeꝫ Cōclo 3
realē pmo mō:nunꝗ relatio dei ad creatu/
rā ē relatio realis.Patet.qꝛ sic esse relatōeꝫ

realē dicat nouā rē eē ī deo: qđ vtiq3 deo nō
ↄuenit. ¶ Vñ sic: quod semꝑ est: ⁊ nihil de
nouo recipit: nūq3 relatiōe reali aliquo mō
referť ad aliud. sed sic creature relatōe reali
Lōclō 4 referunť ad deū. ¶ Quarta ↄclusio. ꝙ de⁹ rela
tiōe reali referť ad creaturā: ad istū intelle/
ctū: ꝙ in eo est vera res: seu magis ꝓprie. ꝙ
ipe ē vera res ꝑ q̄ supponūt termi de ꝑdica/
mēto ad aliqđ. pz ex ꝑmis duab⁹ ↄclōib⁹.
Lōclō 5 ¶ Quīta ↄclō. ꝙ hec relatio dei ad creaturā
nec formaliť nec realiť distiguiť ab essentia
diuia: q̄uis ī ordie ad īrellectū nřm ali⁹ sit
ↄcept⁹: ſm quē de⁹ ↄcipiť vt relatio. et alius
ſm quē ↄcipiť vt eēntia. ¶ Pria ps ꝙ nō re
aliť: pz. q2 oē qđ ē ī deo ē eēntia. S3 ꝙ nō
formaliť. q2 ibi nō sunt formales relatiōes
nisi q̄ttuor. vt ꝑus dictū ē. ¶ Scđa ps nō ē
obiectio de se. ¶ Si dicať. ꝙ mgr̄ dicat ↄriū hui⁹ ī lra
⁊ multi antiq̄ doctores: vt s. Thomas: tho
mas de argētina. Petr⁹ de tharā. ⁊ Bonauē
Soluiť tura. ¶ Dicať breuiť. ꝙ nō velint aliud dēs
nisi ꝙ hec relatiua: siue abstracta siue ↄcre
ta: que deo ↄueniūt respectu creature: nō di/
cant ī eo aliquā rem distinctā ↄtra essentiā
vel ꝑsonam: vel mutatōem: sicut dicunt in
creatura. ⁊ ideo realē relatōem vocāt: que ꝓ
prietatē ꝑsonalē exprimit: vel mutatōē3: vł
entitatē supaddiťā eēntie ponit. qualis nō
est dei ad creaturā: vt dixit ↄclusio tercia. s3
bñ creature ad creatorē. q2 ex ei⁹ mutatōe ē.
ꝙ ipa ad deū referť: ⁊ deus ad eā. ⁊ hoc in re/
Dubitať lationib⁹ dicentib⁹ actum. ¶ Sed dubita
bit aliquis. vtrū sit aliqua relatio eterna dei
ad creaturā? R. cōiter ꝑ doctores nostros. ꝙ
duplicia sūt relatiua dei ad creaturā. Que
dā significātia actū. ⁊ hec dicūtur de deo ex
tēpe. s. quia añ tempus: vel initiū tempis.
nullū taliū: etiā formatū ad intellectū deo
cōpetiuisset. vt añ tps nō erat dñs: nec cre/
ans: nec creator ſm actū ⁊c. Sed alia sunt
que dicūt habitū: id ē possibilitatē vel apti
tudinē diuine potētie: qua pōt vel potuit ī
creatura3. ⁊ hmōi competūt deo ab eterno:
nō ꝙ illa nomia ab eterno fuerint. sed ꝙ ve
rificenť de deo cū hoc addito eternū. vt deus
ab eterno fuit creatiuus: dominatiu⁹. dona
bilis ⁊c. ¶ S3 diceť. cū esse dominatiuū di/
cat respectū ad creaturā: quō deus erit domi
natiuus ab eterno añ creaturā productā3?
q2 vel ſm essentiā ⁊ essentialiť. vł ꝑ respectū
ad extra: ⁊ nihil ad extra fuit. Rñdeť. ꝙ ab
eterno fuerit dñatiu⁹ ꝑ respectū ad creaturā
possibilē. q2 ab eterno potuit esse creatura
cui potuit dñari. ¶ Nec reqriť i talib⁹ relatí
uis potētiā importātib⁹: ꝙ respect⁹ quem di
cūt ad extra: sit. sed sufficit ꝙ eē possit. Hec
videnť mihi catholica: si nō offendāt. sed
humiliter ea subiicio alioꝝ correctōi. Hec
de ꝑmo articulo.

Quo ad secundu3 Arti.2 Lōclō 1
sit ꝑma ↄclusio hec. Licet in deo ad itra sint
tres res relatiue: ⁊ tres relatōnes immense.
quaꝝ quelibet formaliter distinguiť ab eēn
tia. tamē qlibet eaꝝ est res absoluta. ¶ Pri 1
ma ps ↄclusionis pz. q2 in diuis sunt tres
ꝑsone. que ꝓprietatib⁹ tribus relatiuis di-
stinguuntur. vt dictū est circa distinctōes vi
gesimā septimā ⁊ vigesimā octauā. ¶ Secū 2
da ps: ꝙ quelibet eaꝝ formaliter distinguā
tur ab essentia: posita ē supius in questiōe
sexta ī scđo articulo. ↄclusiōe quarta. q2 ali
quid verificať de eēntia quod de ꝑsona non
verificať. vñ essentia ↄmūicať: res relatiua
nō. ¶ Sed tercia ps. ꝙ quelibet eaꝝ sit res 3
absoluta. patet. q2 quelibet ꝑsona: immo ⁊
quelibet ꝓprietas ad intra ē eēntia: pa3 ex
dictis in eadē q̄stione. articulo. ij. ↄclusiōe
iij. ī qua ē dictū ꝙ eēntia diuina ⁊ ꝓprietas
ꝑsonalis nullo mō sunt distincte. ¶ Corre/ Corre. 1
lariū. Nō ē bñ dictū ꝙ nulla relatio sit ens
reale citra aīa3 existēs. pz ex dictis. q2 nega
re nō possum⁹ qn ꝑnitas ī deo sit relatio sic
sumēdo relatōem. ⁊ tñ ipa est ens citra ani
mā existēs: cū sit creator. immo etiā est res
distincta ↄtra relatōem oppositā. s. filiatio
nē. ¶ Scđm correlariū. In deo oīs relatio ē Corre. 2
res absoluta. pz. q2 omīs relatio diuina est
eēntia: vt dicit ↄclusio: que ē res absoluta.
¶ Scđa ↄclusio ē. In creaturis omīs rela/ Lōclō 2
tio ē res absoluta. ꝓbaťsic. Silitudo albe/
dinis ad albedinē nō ē nisi albedo vel albe/
dines. igiť ↄclusio vera. ↄñtia tenet. q2 si in
creaturis relatio adderet sup res absolutas
ita esset ī relatōe qualitatis: sicut ī aliis re/
latōib⁹. Añs ꝓbať. q2 destructis ꝑ omīpotē
tiā dei omib⁹ aliis q̄ sunt ī albedinib⁹ vel ea
rū subiectis: ꝑter illas albedies vel ꝑtes ea
rū subiectiuas ⁊ inherētes: adhuc essent si/
miles. q2 intellect⁹ ꝑ videret eaꝝ ↄueniētiā
¶ Scđo. q2 certū ē: ꝙ relatio ē. quattuor an 2 ꝓbať
geloꝝ ad duos eoꝝ duplicitatis. ⁊ quis di
ceret ꝙ hec duplicitas esset res distincta cō
tra ipos angelos absolutos. ¶ Et cōfirmať Confir.
q2 cū totū sit duplū ad sui mediū. et triplū

y



ad sui tercia͂: videt. q̄ si he relaco͂es sint res
distincte ab ipo toto: q̄ ibi erit infinita mul/
titudo entiu͂ distīctoꝝ specie. Falsitas sup
ponit. Co͂sequētia pbat. q2 duplicitas ē ibi
que no͂ est totu͂. Eode͂ mo͂ est ibi triplicitas
que no͂ est totu͂. ꝛ sic sine statu. ergo infinita
multitudo ꝛc. Sed q̄ he differat specie pa
tet. q2 pl9 differu͂t duplicitas ꝛ triplicitas:
et quo sunt entia positiua distincta ꝯtra ab
soluta q̄3 due duplicitates. q̄ tn̄ differt nu/
3 pbat mero. ¶ Tercio. q2 equalitas no͂ est nisi res
eq̄lis alteri: vl' saltē ille ambe res eq̄les. igit
Co͂seq̄ntia nota ē. ꝛ añs p3. q2 si eq̄litas eēt
res supaddita qua͂titati equali: tu͂c de9 no͂
posset pducere qua͂titatē bipedalē hic: q̄n ī
quolibet bipedali qd̄ ē Rome: pducer3 no
ua͂ rē. Et p3 ꝯsequētia. q2 pducēdo bipeda
le facit quodlibet aliud bipedale illi esse eq̄
le. Si ḡ illa eq̄litas ē supaddita ī quolibet
bipedali facit noua͂ rē. Falsitas ꝯsequentis
p3 ex duob3. ¶ Primo. q2 de eo qd̄ ē ī hieru
salē: mirabile ē q̄ deus no͂ possit hic pduce/
re rē q̄n aliq̄d pduceret ibi in illa. ¶ Scd̄o.
q2 cu͂ in tripedali sint infinita bipedalia di/
stincta: licet co͂municātia: quoꝝ quodlibet
est equale bipedali pducto: deus ifinita en/
tia relatiua in eis pduceret distincta. ꝯuer
tēdo respectu͂ posset argui: q̄ deus non possit
Pro 4 hic destruere rē quin destrueret infinitas res
eadē co͂/ in corpe bipedali quod est Rome. ¶ Quar/
clusio to. diuersitas no͂ distinguit a reb3 diuersis
igit. Co͂seq̄ntia nota videt. ꝛ añs apparet.
q2 sicut idētitas nihil addit: ita diuersitas
nihil apponit reb3 diuersis. Et ex eodē fun
damēto. q2 oib3 accidētib3 seclusis ad ima
ginatoe͂ de duob3 angelis: adhuc eēnt diu͂
Confir. si. ¶ Et ꝯfirmat fortiter. q2 si duo angeli di/
uersi sunt inter se diuersitatib3 distinctis sup
additis: ille etia͂ sunt diverse. ꝛ si seipis: q̄re
no͂ ita p̄mi duo angeli seipis erant diuersi.
Si supadditis iterꝫ sunt diuerse: erit pces
sus ī infinitu͂. Et breuiter hm̄oi relationes
vtriq3 supflue poni viderent. q2 sine eis oia
Corre. eq̄lr poteru͂t saluari. ¶ Correlariu͂ sequit: q̄
oīs relatio sit res absoluta: vl' res absolute.
q2 ī diuinis ita ē p ꝯclusioe͂ p̄ma͂. ꝛ ī creaturis
ita ē p scd̄a3. igit ꝛc. Tot9 iste pcessus est de
mēte beati Aug. ca. vlti. p̄us allegato. q2 eē
p̄ciu͂ ī nu͂mo: nihil ponit supra suba3 num/
Dubiu͂ mi. ꝛ ita ī alijs relatiuis. ¶ Sed ē dubium
an relatio dei ad creatura͂ sit p̄or relatoe͂ cre
Soluit ature ad deu͂? Ad quod breuiter est dicēdu͂
q̄ cu͂ relatio dei sit deus, ꝛ relatio creature cre

atura. vt dictu͂ ē satis ī isto articulo: ꝛ etia͂
ī p̄mo. q̄ simpliciter loquēdo relatio dei ē p̄/
or ad creatura͂: sicut de9 ē p̄or ad creaturam
¶ Scd̄o q̄ eu͂do ad terminos ꝛ ppo͂nes: p̄di 2
cas relatoe͂s iportātes: sil' inferunt se posse
agere creatoris a posse fieri creature et agere
creatoris: ꝛ fieri vel eē creature. p3. q2 sequit
ab etno de9 ē creatiu9. ḡ ab etno creatura ē p
ducibilis vel creabilis. ꝛ ecōtrario. ꝛ eode3
mo͂ ī actu. deus creat. ḡ creatura fit. ꝛ ecōtra
creatura fit. ḡ de9 creat. ¶ Tercio videt mihi 3
q̄ adhuc aliq̄ mo͂ relatio hec p̄us sit ascribē
da creatori siue deo q̄3 creature. inq̄ztu͂ etia3
sic p ppositoe͂s importat. Ratio. q2 ī talib3
ppo͂nib3 agere aliquo mo͂ h3 ro͂em p̄oris
q̄3 pati. mo͂ agere ē ipi9 dei. ¶ Quarto videt 4
mihi. q̄ si q̄s vellet vocare relatoe͂3 p̄ori: q̄
eēt naturalis tēdētie: ꝛ innix9 ī aliud: tu͂c eēt
relatio creature ad deu͂. q2 tēdit ꝛ innitit cre/
atori tanq̄3 illi sine quo esse non pōt. nulla
aūt ē sicut natural' tēdētia: vel innix9 dei ad
creatura͂. vel etia͂ sic accepta relatio: cu͂ de9
mere libere om̄e bonu͂ det creature: qd̄ ei pro
ducit vel ī ea facit: ꝛ nihil naturali tēdētia
Nō em̄ agit ad extra nisi libere. ¶ Quīto q̄ 5
si vellem9 vocare ī eo p̄us relatio͂3: ī quo eēt
realis mutatio: p qua͂ fit relatio dei ad crea
tura͂: ꝛ ecōtra. vel in quo nata est esse: prior
esset relatio creature ad deu͂ q̄3 ecōtrario. q2
mutatio realis ad qua3 apud aiam sequit
hec relatio: solu͂ nata ē esse ī creatura. vt di
ctu͂ est. Hec de scd̄o notabili.

Ad rationes prin/

Ad ro͂nes prin.

cipales. Ad p̄ma͂ q̄ co͂paratio alicui9 ad alte
ru͂ ē duplex. Una qua vnu͂ ꝯpat alteri ī eo/
dē attributiue salte͂: sicut duo alba ī albedi
ne. due res ī pfectoe͂. ꝛ forte q̄ hec no͂ ē pro/
prie dei ad creatura͂. vt dicebat ī q̄stione p̄/
ma ¶ Scd̄a ē duoꝝ ad diuersa s̄m habitu
dinē pportōis. vt sicut se habet victor ad vi
cere: ita se h3 vict9 ad vinci: ꝛ hec bn̄ est dei
ad creatura͂. q2 sicut se hab3 deus ad facere
ita creatura ad fieri. ꝛ hec sufficit ad relati
ne͂. ¶ Ad scd̄a3. q̄ relatio actualis dei ad cre Ad 2
atura͂ est ex tpe: sic q̄ incepit cu͂ inceptoe͂ tē/
poris esse relatio. ¶ Ad improbatoe͂3 dicit.
q̄ relatoe͂m deo co͂petere p accidēs pōt intel/
ligi dupl'r. Uno mo͂ q̄ ppōes exp̄mētes hu
iusmodi relatoe͂s sint p accn̄s vere. ꝛ h̄ ꝯce
dit de relatoīb3 actualib3. Un̄ hec ē p acci
dēs. deus creat. deus ē dn̄s. et ꝯsiles. ¶ Alio

mō. q̄ hm̄oi relatōes cōpeterēt deo p̄ accn̄s
id ē formā sibi supuenientē. ⁊ sic negat Au
gus. aliq̇d de deo dici ꝭm accidēs. q̄ꝛ immu/
Ad ꝯfir. tabilis ē. ¶ Ad ꝯfirmatōem. negef ꝯsequē/
tia. Et ad pbatōꝫ dr̄. q̄ hec ꝓpō. deus nūc
vult pducere creaturā: ⁊ añ nō voluit: ha/
bet duplicē sensum. Unū prout li ante ⁊ li
nūc determināt hoc verbū voluit: ⁊ sic cōce
dendū ē. q̄ velle nūc pducere aliquā rem: ⁊
nō voluisse añ eandē rē pducere: arguit mu
tatōem volūtatis. q̄ꝛ est ponere volitōꝫ no
uā: que añ nō fuit ī volūtate. Et ideo sic di
cendū est. q̄ deus nihil ex tēpore voluit. im
mo quicq̇d voluit: ab eterno voluit. ¶ Alio
mō li nūc ⁊ li añ pn̄t determiare hoc verbuꝫ
pducere. ⁊ sic negandū est: q̄ arguāt muta/
tionē volūtatis. nam oēm creaturā produ/
cendā ab eterno voluit deus pducere suo tē
pore. ⁊ ita eā suo tp̄e producit. ⁊ sic nō poni
tur volitio noua. nam si mundū ab eterno
voluit pducere p̄ instāti a. ⁊ ita mundū p/
duxit: nō ē mutatus. sꝫ fecit sicut voluit: im
mo si sic voluisset. ⁊ p̄ instāti a nō produce/
Ad aliā ret: mutatus esset vel impedit⁹ ¶ Ad terciā
ꝯfir. ꝯfirmatōem dr̄. q̄ om̄imode intrīsece silr se
hꝫ deus ab eterno: ⁊ añ pductōem creature
⁊ ī productiōe creature. sed extrinsece aliter
post productōem creature. ⁊ hoc nō est mu
tari: sed mutari ē intrinsece se hr̄e alr̄ ⁊ alr̄
ꝭm pus ⁊ posterius. nō em̄ mutaf colūna si
nūc sit tibi añ: ⁊ postea retro. sed tu teuertis
⁊ aliter te habes ad eā. ita deus eternalr̄ oī
no silr̄ se habēs ad intra: aliter se hꝫ produ
cēs creaturā ad extra q̄ꝫ añ. q̄ꝛ facit eā. ⁊ añ
nō fecit. dn̄s fit eius. ⁊ añ nō fuit. ¶ Ad im
probatōem illius m̄def p̄ illud quod dictū
ē. q̄ semp añ voluit producere pro ista mē/
sura creaturā: prout li añ determiat h̄ verbū
voluit. ⁊ negef ꝯn̄tia quā īfers. Uoluit añ
eā producere: prout li añ determiat volūtatē
q̄ añ eā produxit. q̄ꝛ licet añ voluerit. tn̄ nō
voluit producere eā pro tp̄e priori q̄ꝫ isto p̄
quo eā produxit. Jlla aūt ꝯn̄tia valeret: si
li añ determiaret h̄ qd̄ ē producere. ¶ Ad se/
cūdā p̄tē illius ratōis: q̄ relatio dei habitu/
alis. i. p̄ noīa significātia potentiā eternā vt
dictū ē. Et qn̄ dr̄. q̄ relatio n̄ sit nisi ad ens
dicaf q̄ verꝫ sit actualis. sꝫ potētialr̄ ē ad ens
possibile. q̄ꝛ ab eterno de⁹ ē creatiu⁹. q̄ꝛ ab et
Ad ⁊ ali no potuit creare. ¶ Ad rōnes arguētes q̄ re
aꝝ rōnū latio in deo dicat aliquā realē entitatē: con/
tra entitates absolutas. ¶ Ad p̄mā negan
do maiorē. q̄ꝛ diues dicif q̇s nō a forma in

herēte. sꝫ a diuitijs. ita dn̄s a seruo extrīsece
⁊ creator a creaturis ⁊c. de albo nō ē silr̄. q̄ꝛ h̄
dr̄ respectu qualitatis q̄ inexistit. ¶ Ad ꝯfir/ Ad ꝯfir.
matōem silr̄ negef maior. q̄ꝛ esse p̄rēꝫ de deo
dr̄ respectu actōis immanentis. ⁊ iō dicit p̄so
nalē ꝓprietatē realē. Sed esse dn̄m vel cre
atorē dicif respectu effectus exterioris: nullā
om̄imode entitatē ī deo ponētis. sed solā se/
quentē voluntatē diuine eēntie. sicut etiā ī
naturalib⁹ caliditas ī producēdo realē ca/
liditatē: nō opꝫ q̄ in se habeat aliquā en/
titatē magis q̄ꝫ si nō produceret. ⁊ lux illumi
nās diaphanū nō ex hoc ī se aliquā realeꝫ
entitatē recipit. ¶ Ad probatōꝫ minoris ꝯce
dif: q̄ esse creatorē p̄suppōnat esse p̄rēꝫ ī di/
uinis aliquo mō: nō tn̄ ex hoc importabit
aliquā relatōem: sicut p̄r̄ proprietā in deo di/
stinctā ab essentia. ¶ Ad scd̄am dr̄. q̄ circū/ Ad 2
scripto actu ratōis: deus est dn̄s creature rea
li relatōe: que ē habitudo ipsius ad creatu
rā qua eā fecit: regit ⁊ ꝯseruat. ¶ Scd̄o di/ 2
cif. q̄ hec relatio sit deus. ⁊ pōt dici ī deo in/
trāsitiue. sicut sapia dei in deo dicif. ¶ Et ter 3
cio. q̄ hec ē essentia diuina: que ex tp̄e libere
sic se habet ad creaturā. ¶ Et qn̄ dicis. si eēt
essentia: tunc eternaliter esset dn̄s creature.
negef ꝯn̄tia. q̄ꝛ sicut ex tp̄e facit creaturam:
ita ex tp̄e talē habitudinē hꝫ ad creaturaꝫ.
¶ Quarto. q̄ noua res a qua sit hec denoia 4
tio ē creatura vel ī creatura. Nec ē inconue
niēs q̄ eadē res denoiet creaturā intrinsece:
⁊ creatorē extrinsece: vel vtrūq̄ꝫ extrinsece. vt
creatura seipam denoiat creari: ⁊ creatorē si/
ue deū creare. ¶ Et ī naturalib⁹ ē simile. nā
idē motus denoiat passum moueri: ⁊ agēs
mouere: vt habef. iij. phic. ca. iij. ¶ Nec ē ve
rū qd̄ assumif: q̄ quicq̇d aliud denoiat ē in
eo qd̄ denoiat: actio siquidē agētis ē ī passo
vt dicit Aristo. ī loco p̄allegato. ¶ Ad ter/ Ad 3
ciā pꝫ q̇d dicēdū sit p̄ scd̄m notabile p̄mi
articuli. q̄ꝛ vocādo relatōeꝫ realē p̄mo mō
falsuꝫ ē añcedēs. q̄ꝛ ī deo nō ē aliqua hm̄oi
entitas noua ordinās deum ad creaturas.
¶ Uocādo aūt relatōem realē scd̄o mō: con
cedēdū est. q̄ realis relatio ē dei ad creaturā
Et negef q̄ nō sit ꝭm rē absolutā. q̄ꝛ dictū ē
q̄ hm̄oi habitudo sit eēntia diuina. ¶ Ad Ad 4
quartā r̄ndef. q̄ tā actualis q̄ꝫ aptitudinal̄r
ē relatio realis scd̄o mō: sed nō p̄mo modo
Ubiq̄ꝫ tn̄ hec relatio dei ad creaturā ē diui/
na essentia: potēs se hr̄e aliquo mō ad crea
turā: vl̄ habēs se aliquo mō ad eādē ¶ Sꝫ
cū quare producēs creaturā in alia natura

nõ ponat ita bñ ꝓprietatẽ relatiuã ad itra.
sicut ꝑducẽs filiũ ẽ ꝑus dicta. nam i actõe
ad intra optet ponere ꝓprietates cõstituti:
uas ⁊ distinctiuas ꝑducẽtis a producto: ħ
nõ oportet qñ productio ẽ i alia natura. qꝛ
ibi nõ optet ponere aliquã rẽ nouã i produ
Ad 5 cente. ¶ Ad q̄ntã ꝯcedit ꝙ ꝑncipiũ dicat re
latõz: cũ supponit pro deo respectu creature.
s; hec ẽ habitudo dei ad creaturã possibilẽ
Ad 6 vł actualẽ: que nõ ẽ nisi de⁹: vt dictũ ẽ ¶ Ad
sextã. ꝙ diuersum ab aliquo: sua eẽntia est
diuersum ab illo. ⁊ ꝫ nõ dicit i deo diuersi
Ad 7 tas ad creaturã rẽ distinctã ab eẽntia ¶ Ad
septimã. ꝙ li dñs dꝛ ꝓprie d̄ deo ex tpe. ⁊ cõ
ceditꝰ ꝙ dñatio sit i deo. sicut sapientia ẽ eti
am in deo. ¶ Uerum est ꝙ dominatio actu
Ad 8 alis dꝛ de deo ex tpe. sapientia ab eterno. s;
hec dñatio ẽ ipemet deus: vt dictũ ẽ. ¶ Ad
octauã dicit. ꝙ sciẽtia dei respectu creature ẽ
eterna: et nõ est nisi essentia dei. ¶ Ad phm
v. metaph. volentẽ ꝙ sciẽtia dicat ad scibi
le: sed nõ ecõtrario. nõ est ad ꝓpositũ. quia
phs ꝑ hoc vult: ꝙ nullius sit sciẽtia nisi sci
bilis: eo ꝙ scibile ẽ cõius ꝙ̄ sciẽtia. sed non
optet ecõtra: si aliquid sit scibile: ꝙ eius sit
actualis scĩa. Multa em̄ sunt scibilia quo
rũ nõ ẽ scĩa actualis. vt dꝛ i predicamẽtis.
Hoc autẽ nõ arguit: ꝙ i deo sit scĩa vel rela
Ad 9 tio realis ad creaturã: distīcta ꝯ absolutũ.
¶ Ad nonã: que fortis ẽ negetꝰ añcedẽs. Et
ad ꝓbatõz admittitꝰ casus: ꝙ lumẽ solis im
mediate ꝯseruet a deo: sic ꝙ nõ mediãte so
le. Et ꝯceditꝰ ꝙ i ħ casu mutatio fiat i lumie
in ordine ad suã causam: a qua dependet in
esse. ⁊ hec mutatio est ipm lumen ꝑus inni
tens soli vt cõseruanti: ⁊ post nõ. ¶ Uerum
est ꝙ hec mutatio non põt poni generatio.
nec corruptio: nec motus. sed optet ꝙ pona
tur vna alia supnaturalꝭ distīcta a ꝑdictis
¶ Et eẽt mirũ si optet deũ ad talẽ lumis cõ
seruatõz producere nouã dependẽtiã. qꝛ illã
dependẽtiã vtiq; imediate ꝯseruaret sine a
Ad 10 lia: vel fieret processus i ifinitũ. ⁊ q̄re nõ eo
dẽ mõ lumẽ. ¶ Ad auctẽs btĩ Aug. ⁊ alioꝝ
dicitꝰ. ꝙ velit ꝙ nomia ꝯparatiua dicuntꝰ acci
dentaliter. hoc ẽ denoĩatiue de creaturis: sic
etiã ꝙ accidit esse creaturis: nõ ꝙ sint acci
dens. sed ꝙ põt nõ esse. Quãuis aũt relati
ones dicantꝰ denomiatiue d̄ deo. immo ⁊ pos
sunt abesse: tñ dicuntꝰ nõ esse accidentia i deo
eo ꝙ rẽ pro qua supponũt est simpliciter ne
cesse esse. Põt em̄ omis creatura nõ esse. de
us aũt sp necessario est. ¶ Ad phm. v. meta

phy. ꝙ velit. ꝙ relatõnes dicte mõ numeri.
vt duplũ. triplu; : vel modo actõis inferũt
se i consequẽtia subsistendi. Sequitur em̄.
duplũ ẽ. ꝫ dimidiũ ẽ. ⁊ ecõtrario. secãs est. ꝫ
quod secatꝰ ẽ: ⁊ ecõtra. ⁊ sic dicuntꝰ aliq̄d po
nere i vtroq; extremoꝝ. qꝛ posita se ponũt. ⁊
ꝑempta se ꝑimũt. ¶ S; relatões dicte scdo
mõ: mẽsure. s. mõ ⁊ mẽsurabilꝭ: nõ sic inferũt
se. qꝛ licet ñulli⁹ sit mẽsura nisi mẽsurabilis
tñ nõ optet si sit aliq̄d mensurabile: ꝙ ei⁹ sit
mẽsura. vel si aliq̄d ẽ scibile ꝙ ei⁹ sit scĩa ⁊c.
sicut optet: si sit duplũ: ꝙ ei⁹ sit dimidiu; : ⁊
ecõtra. Hoc aũt nõ arguit ꝙ duplicitas sit 1
aliud ꝙ̄ res dupla. ¶ Tercia auctas. oĩno ẽ
ꝑter mentẽ phi. nũq; em̄ cogitauit ꝙ eẽnt de
cẽ linee entium distinctoꝝ absolutoꝝ: sicut
sunt decẽ genera ꝑdicamẽtoꝝ. Dicit em̄ ⁊ de
terminauit i. iij. phi̇c. vt allegatũ est. ꝙ actio
ẽ passio. vbi ꝫ sunt ista duo ꝑdicamẽta di 4
stincta i rebꝫ absolutis. ¶ Ad auctẽ Auicẽ
ne dꝛ. ꝙ nõ voluerit pl⁹: nisi ꝙ relatio hẽt
ꝓpriũ modũ ꝑdicãdi sibi corñdẽtẽ. habi
tudo em̄ rei ad rẽ nõ ẽ nisi ipa res. Et si ali
ud intellexit: põt dici ꝙ i hoc ꝯtrariet pho de
terminãti ꝙ actio ẽ passio: qḋ nõ poss; eẽ: si
relatio hẽt ꝓpriũ esse. qꝛ tũc actio ſm quã
dicitꝰ aliq̄d actiuũ vel agens: deberet esse in 6
agente: ⁊ passio i patiẽte. ¶ Ad q̄ntã ꝯmẽ
tatoꝛ. iij. celi. vult. ꝙ in corꝑalibꝫ noĩa ꝯpa
tiui gradus vt calidi⁹. frigidius. grauiꝰ vel
leuius possint adesse ⁊ abesse: nõ aũt loquitꝰ. 7
ibi de relatõe: vel de cõparatõe relatõis ¶ Ad
sextã ꝙ Simplici⁹ vez dicat. qꝛ relatiua sb
stãtie: qꝛ nõ supponũt cõiter aliã rẽ a rebꝫ ꝓ
quibꝫ supponũt ꝯcreta: vocantꝰ relatões rõ
nis. vt idẽ est sua idẽtitas. diuersum est di
uersitas. ⁊ ꝫ hec sunt relatiua rõnis. ¶ Que
dã aũt relatiua supponũt pro aliis rebꝫ in
cõcreto ꝙ̄ in abstracto: ⁊ hec magis dicuntꝰ
relatiua realia. sicut sunt silẽ: equale ⁊c. ẽ d̄
suba silis vel equalis. silitudo aũt ei⁹ ẽ qua
litas. equale autẽ est suba. equalitas sua ẽ
quãtitas. ¶ Et q̄uis hoc vez sit: i q̄busda;
relatiuis nihilominus nusq; est relatio: q̄ ẽ
res respectiua distincta ꝯtra res absolutas 5
¶ Ad auctẽ septimã ꝯmẽtatoris ex. xij. me
taphy. ꝯceditꝰ: ꝙ relatio sit minime entitatis:
ꝑ ceteris ꝑdicamẽtis. hoc em̄ est vez. quia
nõ dicit nisi respectũ ſm se: qui trãsit in res
absolutas. vt silitudo dicitꝰ albedo: inquan
tũ ꝯsideratꝰ cõuenire cũ alia albedine: que
ꝯuenientia est ipamet albedo. ¶ Q; autez
dicit. quidã eũ dixisse de secũdis intellect.

⁊ solū in ratōe repͥhēdit. q2 est in rebus: licz
non sit supaddita rebus absolutis: vel ab
eis distincta. ¶ Argumenta ⁊ auctoritates
post oppositū sunt p dictis.

QUeritur tri
cesimotercio circa distinctōez
trigesimāprimā. Utrū realis
relatio equalitatis in deo aliquid ponat.
¶ Que questio vnū supponit. s. q equalitas i
deo sit relatio realis. Scdo querit vtrū ali
Arguit 1 quid ponat vel tm̄ excludat. ¶ Pro suppo
sito arguit sic. Illa relatio ē realis q̄ in vtro
qz ꝯpabilium siue referēdoꝝ seu relatoꝝ ali
quid ponit. Sz equalitas i deo ē hmōi. igi
tur ⁊c. Maior pz p phm. v. metaph. q2 iō
mēsure ad mēsurabile: vel scie ad scibile nō
dr relatio realis. q2 i altero extremoꝝ nihil
ponit. vt scia nihil ponit i scibili. nec etiam
mesura i mensurabili. ⁊ mior nota ē. q2 eq̄li
tas psonaꝝ ponit i eis eandē quātitatē spū
2 alē. vt ꝑus dictū ē circa di. xix. ¶ Scdo sic.
Omis relatio que i deo ē eterna videt eē re
alis. Sed equalitas psonaꝝ in deo est eter
na. igit. Pz maior. q2 p hoc videt differre
fm multos doctores relatio dei eterna a re
latione eius que ē ex tpe. quia eterna est in
ipso realis: sicut paternitas. filiatio. tpalis
aūt nō. ⁊ minor manifesta ē. q2 ab eterno sūt
3 psone diuine sibiīuicez coequales. ¶ Ter
cio. q2 vel equalitas psonarum est vera res
⁊ si sic: erit relatio realis. Uel ē res soluz fm
rōem. ⁊ hoc nō. q2 qz̄uis nulla creatura eēt:
adhuc psone diuine essent inter se equales
4 ¶ Quarto. q2 si eēt eq̄litas. ibi diuersa ma
gnitudo pr̄is ⁊ filij: tūc esset ibi realis rela
tio. Sz nō min9 dz h̄ poni: cū ponit eadem
magnitudo. igit ⁊c. Pz maior. q2 ppter h̄
equalitas i creaturis ē realis relatō. Mior
pbat. q2 nō min9 realit eq̄les sunt q̄ hn̄t eā
dē quātitatē nūero: q̄z q̄ habēt silem. q2 nō
Arguit 1 min9 i quātitate ꝯueniūt sed mag. ¶ Dein
de arguit ꝯ q̄tuꝫ. videlicet q relatio i diuis
nihil ponat. Primo auctē mgri ca. iij. pn̄
tis di. dictis. Quibusdā nō indocte videt
noie eq̄litatis vl' silitudis nō aliq̄d poni sz
remoueri. igit h̄ ē pbabile. Et ita dicit Egi
2 di9: circa hāc distinctōez. q. j. arti. iij. ¶ Se
cūdo. q2 cui9 diffinitio ē puatiua: illud nihil
ponit. sz diffinitio eq̄lis ē puatiua. igit. patz
maior. q2 diffinitio explicat naturā diffiniti.
⁊ pz mior p Euclidē dicētē q eq̄le ē qd aliū

suppositū: nec excedit: nec excedit ab ipso.
¶ Tercio. q2 si aliq̄d poneret: h̄ eēt ꝯmēsura
tōez psonaꝝ. mō i psonis nō ē ꝯmēsuratio.
igit ⁊c. Pz maior ex diffinitōe equaliū. q2 di
cunt illa q̄ i quātitate ꝯueniūt. i. ꝯmēsura
ta sunt ⁊ pz mior. q2 i diuis solū ē imēsitas
¶ Sed ꝯtra suppositū ē. q2 i diuis nō ponū Arguit
tur nisi q̄ttuor relatiōes origis: vt dictu est nūc ꝯtra
circa di. xxvj. Mō nulla illaꝝ ē eq̄litas g suppositū pmo
nō videt esse relatio realis i diuis. ¶ Scdo
reales relatiōes sunt distictiue psonaꝝ mō
equalitas nō videt distiguere psonas. igit.
¶ Tercio. illa relatio nō ē real. sz solū rōnis 3
cui9 eē ꝯpletū dependet ab itellectu. sz eq̄litas
i diuis ē hmōi. igit. Maior nota ē. ⁊ mior
pbat. q2 pr̄ nō ꝯparat eq̄lis filio: nisi eadez
magnitudo ab itellectu bis accipiat. s. ma
gnitudo bonitat diuie semel i pr̄e ⁊ semel i
filio. ¶ Quarto. sup eadē extrema: sup eodē 4
fūdamēto nō pn̄t fūdari plēs oppositōes
realiū relationū. sz int' pr̄ez ⁊ filiū sup eodē
fūdamēto fūdat p̄rnitas ex pte pr̄is. ⁊ filia
tio ex pte filij. g int' pr̄ez ⁊ filiū i diuis nō pt
eē alia relatio real. ¶ Quito q2 vbicūqz ē re 5
latio real' eq̄litatis ibi nō soluz ē equalitas
suppositoꝝ sz magnitudinū. mō i diuinis
nō ē eq̄litas magnitudinū g ⁊c. Pz maior
q2 illa videt eē dra i relatoibꝫ. mō potētie ⁊
mō vni9 siue mō nūeri expsiis: q2 relatiōibꝫ
mō potētie expsiis solū supposita referunt. ⁊
nō fūdamēta: nec ipa relatoibꝫ q̄s fundāt
denoiant. potētia em̄ generatiua sociat, n̄ ē
pr̄: sz ipe sociates p illā ē pr̄. ¶ Sec9 i relatō
nibꝫ mō vni9 vel nūeri expsiis. nō solū eni
eq̄les hoies sūt: sz etiā suę q̄titat. nec solū
sile albe silēs: sz etiā albedies. mior pz quia
ibi nō sut plēs magnitudies sic nec plures
eētie. ¶ Sz p q̄sito ē b. Aug. v. de tri. ca. vj p q̄sito
dicēs. q eq̄litas i diuis fm sbam dr. g posi
tiue Scdo. q2 eq̄d ponit i creaturis: ⁊ q̄cq̄d
deo ꝯuenit ⁊ creaturis: veri9 ꝯuenit deo: op
tet q i deo etiā aliq̄d ponat.

In hac questione
pmit9 pret ea q̄ dicta sunt de relatōibꝫ i q̄sti
one pcedēti: sunt aliq̄ generalia pmittēda.
de supposito recitādę opiniōes. Scdo ad
illud suppositū tn̄dēdū: p pbabiles ꝯdic̄o
nes. ⁊ tercio de q̄sito videbit. an eq̄litas ⁊ si
militudo dicant in deo positōes.

Quātū ad primuz Arti. 1.

ē notādū. q̄ iuxta modū cōem duplicia in ueniūt relatiua. q̄dā silitū noim. vt sūt idē: sile: equale ꝛc. Quedā dissimiliū. q̄ phs. v. metaph. ad tria genera reducit. s. ad relatiua dicta fm nūez: sic sunt duplū: dimidiū triplū: subtriplū ꝛc. Secūda dicta fm potētiā. vt actiuū: passiuū. secās. ꝛ qđ secat. Et tercia dicta p nōla: quoꝝ vnū sonat actū. ꝛ aliud potētiā: fm. s. modū mēsure ꝛ mēsurabilis: sicut scīa scibile sensus sensibile. Et q̄ relatiua silit noim coiter rōne alicui⁹ vniōnis vel ɔuenientie dicunt: piūt etiā eoꝝ ponūtur genera q̄ ab vniōe sbe sumit idētitas: et cui⁹ puatōe sumit diuersitas. ab vniōe q̄ntitat⁹ equalitas. ꝛ ab vniōe q̄litat⁹ silitudo a puatōe vniōis i q̄ntitate sumit inequalitas ꝛ a puatōe vniōis i q̄litate sumit dissilitudo. sic phs dicit. v. metaph. q̄ vnū i sba facit idē: i q̄ntitate equale. ꝛ i q̄litate simile.

Dubiū ¶ Iuxta quod dubitat. vtꝝ eiusdē ad seipsum sit relatio realis vel solū rōnis? Et realis videt. q̄ si nulla aīa esset: adhuc res eēt eadē sibi. ergo nō ē idētitas solū relatio rationis. Cōsequētia nota videt. ꝛ añcedens patet. q̄ adhuc esset idē sibi. q̄ indiuisus.

Soluit ¶ Ad istud videt mihi dicendū. q̄ si relatio ratōis vocet q̄ solū est in ratōe: sic q̄ nō ē in rebus extra intellectū: idētitas qua res dicitur eadē sibi: est nō solū relatio rationis. Patet. quia idētitas sequit naturā rei in quantū pōt ɔsiderari p ratōem esse indiuisa a se: sicut ratio arguebat. esset em̄ res idē sibi: ꝛ si solus ipe esset. Et apparet. q̄ em̄ necessitas cogit nos dicere: nihil dicit idē: nisi inq̄tū actualiter ratio vtit eo bis: ɔpando ipm sibijpi? Cōstat q̄ nulla. Nō em̄ min⁹ ē socrates idē sibi: ꝛ eque vera ē hec ppositio. Socrates ē idē sibi: supposito q̄ nulla creatura socratē ɔsideret actu: vel ad eū aduertat: sicut q̄n aliq̄s ad socratē attēdit: ꝛ eū sibi ɔpat. sicut nūer⁹. ꝛ. eq̄ꝫ eē q̄ bn̄: q̄n null⁹ eos nūerat sicut q̄n actu nūerat. ꝛ tps esset. q̄uis nulla aīa eēt actu numerās motū. q̄ sufficit ad eē nūeri q̄ sit multitudo nūerabilis. siue nūeret siue nō. ꝛ ad eē tpis q̄ sit motus q̄ possit nūerari p aīaꝫ. siue actu fiat siue nō. Ita ad esse idē sufficit: q̄ res maneat idiuisa a se: vel nō diuersa a se. ꝛ q̄ vt talis possit ab aīa ɔsiderari: siue aīa actu ɔsideret: eā ɔpando sibijpi siue nō. ¶ Scđo dr.

2o q̄ vocādo relatōꝫ realē rē extra aīaꝫ: p q̄ termin⁹ ɔcret⁹ vel abstract⁹ pdicamenti ad aliq̄d supponit: eiusdē respectu sui ē relatio realis pꝫ q̄ idētitas rei ē ip̄a res. iuxta dicta pcedēti q̄stiōe. mō idētitas ē termin⁹ abstract⁹ pdicamēti ad aliq̄d. ꝫ ꝛc. Silr vt dictū ē q̄uis nulla eēt aīa creata: vl angel⁹ adhuc staret q̄ lapis eēt idē sibi: ꝛ eēt sua idētitas: nō q̄ actu ɔpat ad se vt nō diuersū p aīaꝫ cū nō sit. sed q̄ pōt ɔpari: vt si anīa ɔsiderās illū lapidē fieret. ¶ Tercio videt mihi. 3o

q̄ vocādo relatōem realē: realē habitudinē respectiuā duoꝝ extremoꝝ ɔtra se distinctorū realit: sic q̄ hmōi distinctio nō depēdeat a rōne eiusdē ad seipm: nō ē relatio realis. Pꝫ. q̄ idē respectu sui nō pt hr̄e habitudinē duoꝝ extremoꝝ realiter extra se distinctorū: vt notū ē. ¶ Ex quo quarto mihi videt 4o

q̄ vocādo relatōem realē rē extra aīam: pro qua termin⁹ relatiu⁹ ɔcret⁹ vl abstract⁹ supponit: ita bn̄ ē relatio realis eiusdē ad se: sicut eiusdē ad aliud. q̄ sicut rei ad aliā rem ē realis relatio diuersitatis ita rei ad seipaꝫ ē relatio idētitatis. ꝛ sicut diuersitas: silitudo vel equalitas sunt termī relatiui suppōnētes p his: i quibꝫ res sunt diuerse. sic idētitas ē termin⁹ abstract⁹ pdicamēti ad aliq̄d supponēs p eo i q̄ res ē eadē sibi ¶ Quinto 5o

videt mihi: q̄ doctores nr̄i de relatōne reali locuti sunt mō pcedētis ppōis. s. put ē habitudo duoꝝ extremoꝝ: realit ɔtra inuicē distinctoꝝ. ꝛ sic dicūt sctūs Thomas. Egidi⁹. Thomas de argētina. ꝛ multi alij generalit antiq: q̄ eiusdē ad se nō sit relatio realis. ¶ Scđm dubiū. vtꝝ eq̄litas vel silitudo in creaturis sit relatio realis? Ubi pmo videt mihi (saluo sp iudicio meliori) q̄ si quis vellet vocare relatōꝫ realē: habitudinē respectiuā: qua actu duo extrema distincta inuicē cōpant: tūc duo bipedalia ad q̄ nulla creatura rōnalis aduertit: nō sunt actu eq̄lia. pbat sic. q̄ nō sunt actu relata. ꝫ nec eq̄lia. Pꝫ ɔñtia. q̄ de q̄ negat gen⁹: ꝛ spēs. Pꝫ añs. q̄ relatio realis reqrit actualē ɔpatōeꝫ. mō p casum hec nō compant: ex q̄ nulla creatura rōnalis existit. ¶ Quā ppōem iō pono: vt ɔsideret q̄ res nō dicunt solū i pdicamēto ad aliq̄d vel relatōis: ab actuali ɔpatiōe aīe. ¶ Un̄ si ab ea dicerent solū eē i illo pdicamēto: null⁹ eēt dn̄s vl seru⁹: duplū vl dimidiū: equale vel sile: nisi cū aliqua aīa ea inuicē ɔpararet: qđ absurdum ē. ¶ Ex hoc mihi videt iuxta dicta i pmo dubio: q̄ ita res ē eadē sibi: ꝛ sua idētitas. q̄n nulla anīa eā ɔsiderat sicut q̄n aīa eā cōsiderat: vel sibijpi compat: ꝛ ē sua actualis relatio: ꝛ ha

Dubiū ꝛ solut.

bitudo actualis sui ad seipaz: q quia vocat
idē: res relatiua vel relata vel ad aliq̄d: q̄a
nata ē ab aīa ꝯsiderari sic sibi cōpari si ꝺebi
2 dictū p ꝯdōe 2 te aduerteret. ¶ Scđo videt mihi. q ꝓprie
nulla res ē equalis sibi vel silis sibi. pꝫ. q̄a
sicut nulla res dr altera a se: vel diuersa a se
ita videt q nō dicat equalis vel similis sibi
Mō nulla res ꝓprie differt a se. dicunt em̄
diuersa que sunt. ꝛ quoꝝ vnū nō est aliud.
sicut trahit a pho. v. et. x. metaph. Modo
idē ē duę res quaꝝ vna nō ē alia. et quaruꝫ
q̄libet ē ipa. quia licꝫ totū sit sue ptes. tamē
non ē aliqua sua ps: ꝛ ideo licet vna ps sit
diuersa ab alia: nō ꝓpter hoc totū differt a
se. Sic dicit. q a differt a b: ē a esse. ꝛ b esse
ꝛ a nō esse b. ꝛ sic pꝫ minor. Maior etiam
patꝫ. q sicut diuersa sunt differētia i essen-
tia: ita equalia ꝛ silia sunt ꝯueniētia i quā
titate vel qualitate. ꝺm quod sumit a pho
v. metaph. Mō nō sunt ꝯueniētia in quā
titate vel q̄litate: nisi sint plura. ¶ Pro ista
ꝯclusione ē auctas Hylarij: li. ij. de tri. aā fi
nē. dicēs. q silitudo ipi nō ē. ꝛ mgr di. pñte
Oppōit ca. j. ¶ Forte dicet. q ꝺm Porphyriū So-
crates senex differt a se puero. vel Socra-
tes sedens a se stāte. ¶ Scđo. q sicut dicit
aliquid idē sibi ꝓpter essentie vnitateꝫ: ita
videt posse dici equale sibi ꝓpter quātitatꝭ
Ad 1 sue idētitatē. ¶ Rndet ad pmā. q hec de vi
sermonis nō ē vera. Socrates senex differt
a se puero: eo q nūq̄ simul socrates ē senex
et puer. Nec voluit Porphyri9 q eēt ꝓprie
vera: sed q sit alteritas q̄dam i Socrate se
ne q̄ nō fuit i Socrate puero. et ideo dicit
Ad 2 q differt alteritate quadaꝫ. ¶ Ad scđam. q
nō sit sile. q idē ē relatiuū idētitatis. equa-
le ē relatiuū diuersitatis. vñ equalitas ē ꝓ-
prie ꝯueniētia alicui9 cum alio i quātitate.
hec aūt nō ē eiusdē ad se: cū nō sit alius a se
immo vbi in corpibꝫ repit equale: ibi debet
posse repiri mai9 ꝛ minus: eo q equale ē me
diū inter plus ꝛ minus. vt habet in. x. meta
ph. ꝛ in. v. eth. Mō nihil pōt esse mai9 vel
3 dictū p ꝯdōne min9 seipo. ḡ nec equale ꝓprie. ¶ Tercio vi-
det mihi. q equalitas i creaturis sit relatio
realis: etiā strictissime loquēdo de relatōe re
ali. Pꝫ. q ē habitudo diuersaꝝ rerū extra
aīam existētiū ꝯueniētiū i quātitate. ¶ Et si
forte aliq̄s vellet q eq̄litas eēt relō vni9 rei
ꝯueniētis cū alia i quātitate: tūc adhuc vt
sic eēt relatio realis: eo q ponit respectū duo
rū extremoꝝ. nō em̄ ē habitudo aliq̄ entis
ad nō ens. ¶ Et scđo. q q̄uis nulla creatu-
ra rōnalis eēt: adhuc bipedale eēt eq̄le bipe-
dali. ꝛ tūc nō relatōe rōnis eēt hoc. ḡ relati-
one reali: qđ ē ꝓpositū. Tenet ꝯñtia. ꝛ patꝫ
maior. q adhuc bipedale cuꝫ alio bipedali
ꝯueniret i quātitate. ꝛ pꝫ minor. q tūc nul
la ratio esset: ex quo nulla creatura rōnalis
eēt. Quāuis em̄ relatiōes equalitatis silitū
i specie fundent sup vnū: qđ forcassis in re
nō ē nisi rōis: vt quidā dicūt. eo q ē ꝺm spe-
ciē q̄ ē rationis. nihilominꝰ tamē q relatio
equalitatis nō fundat sup vnione: sed sup
quātitatē cui9 ē ꝓpriū: ꝺm eā equale vel in
equale dici. manifestū ē q q̄uis vnitas sit
rationis. tñ equalitas q nō ē ꝓprietas vni
us sed quātitatis ꝯtinue: nō sequit naturā
vni9 sed quātitatis. q hec ē relatio realis i
vtroq̄ extremoꝝ. ꝛ habet ꝓpositū. ¶ Sed ꝯ obiectio
triū videt velle dñs Durādus. dicēs. q ta-
lis sit relatio i creaturis qualis ē vnitas. mō
vnitas sup quā fundat relatio creature ad
creaturā nō ē nisi vnitas rōnis: eo q ē dua-
rū quātitatū i diuersis rebꝫ exist. tñ. q̄ vtrq̄
nō sunt vnū nisi ꝺm rōem. ḡ. ¶ Sed illud Soluit
nō ꝯcludit. q equalitas creature nō ē ꝓprie-
tas vnitatis sed quantitatis. cui9 ꝓpriū est
ꝺm eā equale vel inequale dici. ḡ ad eq̄li
tatē realē nō requirit realis numeralis vni-
tas reꝝ equaliū: sed similis quātitas in eq̄
libus. ¶ Scđo pncipaliter ē notandū. q de Nota 2
q̄sito sunt diuerse opiniones doctoruꝫ. Di-
cit em̄ Egidius. ꝛ ꝯñter Thomas de argen
tina. q equalitas diuinaꝝ psonaꝝ ē solum
relatio rōnis. ꝛ sumit fundamētū ex hoc. q
quātitas spūalis eaꝝ ē solū vna. s. essentia
lis. ꝛ ex hoc dicūt. q intellectus ꝯpans ma
gnitudinē psone ad psonaꝫ: necessario vtit
eadē q̄ntitate bis. eo q illa q̄ntitate q̄ pr ē
magn9: etiā alie psone sunt magne. vñ si-
cut eiusdē ad se nō ē realis relatio sꝫ rōnis:
eo q intellect9 nō ꝯpat int diuersa. ita dicit
q nec hic. eq̄litas em̄ ꝛ silitudo psonaꝝ trā
sit i idētitate eēntie. q oia vt vult b. Aug. q̄
de deo dicunt q̄litas vel q̄ntitas trāseūt in
eēntiā. eo q ad ista nō sunt nisi duo pdica-
mēta. ¶ Alia opinio ē huic ꝯria. q̄ ponit. q Opio 2
eq̄litas diuinaꝝ psonaꝝ sit relatio real. q̄a
ea plures ꝛ distincte res. s. psone sunt int se
equales. cōcedūt tñ q quātitas sit ibi vna.
ꝛ q ꝯpando psonas intellect9 vtit eadē q̄n-
titate bis. sed dicūt q q illa quantitate cō-
pant diuerse res: adhuc erit hec realis rela
tio. ¶ Et ambe opiniones sunt famose ꝛ ꝓ
babiles. ꝛ credo magis i q̄d nois ꝯtētes q̄

ſimile cõtrarietate: ſicut poſt videbit. Hoc de pmo articulo.

Arti. 2. Quantum ad ſecũdũ articulũ pmitus ſuppono: q equalitas diuinar pſonar e pma eqlitas. et ſumma equalitas. hec fuit añ declarata di. xix. q. ij. illius diſt. ¶ Scdo ſuppono q hec equalitas magnitudis ſpũalis ſit vna cõis eſſentia triũ pſonar. Pz ex dictis in eadem. q. Eſt em eternitas e bonitas ſiue pfectio eẽntialis: et potẽtia ſiue diuina ptãs. et certuz e q hec ſiue quodlibet iſtor ſimpliciter dicit idẽ i ſingulis pſonis. ſ. eſſentiaz cõem. quia earz e vna eternitas: vna eſſentialis pfectõ et vna ptãs pductiua rer: ſicut ibidem dictũ fuit. ¶ Ex q ſequit q omimode et immutabilit e eadẽ quãtitas ſpũalis triũ pſonar Pz. qr e eẽntia p ſuppoſitiõem. ¶ Tercio pmitto ſiue ſuppono. q equalitas e ꝯuenientia pluriũ i quãtitate: ſiue eadẽ i nũero ſiue ꝯſili. hoc e qd nomis. et ĩ hoc pbare nõ oportet. ¶ Ex quo infero. q ſi ad imaginatiõem due bipedales aque eẽnt vna quãtitate cõtinua i nũero extenſe: nõ min' eẽnt equales q̃ſi diuerſis quãtitatibꝫ equalibꝫ extenderent. pz. qr nõ minus: imo magis i quãtitate ꝯueniret. et ſtãte ſuppoſitiõne cõi q extẽſio ſube vel qualitatis ſit accidẽs additũ ſbe: tunc manifeſtũ e q vna et eadem eſt extẽſio qua extendũt albedo et dulcedo lactis: et nõ ex hoc debẽt dici min' equales: q̃ ſi albedo vna quãtitate extẽderet. et dulcedo alia eqlit magna: et eodez mõ forma ſubalis coextenſa ſuo ſubiecto equalis e: nec maior nec minor q̃ ſuũ ſubiectũ. et ecõtra. et tñ quantitas ꝯtinua qua extendunt e vna numero.

Corre. Suppõ 3. Corre 1 Corre. 2 ¶ Scdo ex hoc infero. q nõ ſit de rõne eqlium q ſint quãte diſtinctis quãtitatibꝫ nõ excedẽtibꝫ: imo ſtat aliqua eſſe eqlia: et eſſe eadẽ quãtitate nũero extẽſa. pz ex pcedente

Corre. 3 ¶ Tercio ex hoc infero. q nõ ſit bona ꝯſeqntia cũ arguit. Eadẽ numero e quãtitas triũ pſonar. g inter eas non e realis equalitas. quia etiã i creaturis. hmõi ꝯñtia nõ eſt bona. vt dictũ e.

Suppõ 4 ¶ Quarto ſuppono. q equalitas inter pſonas diuinas nõ dicat nudã eſſentiã. Pz. qr iuxta dicta i ſcdo dubio pcedentis articuli nulla res e equalis ſibi. g diuina equalitas importat pluralitatẽ q̃ ſolũ e i pſonis: cũ eſſentia nõ poſſit multiplicari

¶ Et ꝯfirmať sic. qꝛ cognitio dei est singla/ Confir.
ris. ergo nõ est sciẽtia. cõseq̃ntia tenet. qꝛ sciẽ/
tia est vniuersaliũ. añs patet. qꝛ est distin
ctissima ⁊ maxime pfecta cognitio: qđ esse
nõ posset nisi esset singl'aris. ¶ Deinde ar arguiť 2.
guiť: ꝙ scia dei nõ sit ipius dei cognoscitiua
quia vl' se cognosceret p discursum: vel in/
tuitiue. nullo modoꝝ põt dici. igiť ⁊c. ma/
ior ptȝ sufficiẽti diuisione. minor pȝ. qꝛ co
gnitio p discursum supponit aliã priorem:
ex qua discursus fit. ⁊ hoc in deo locuȝ nõ
habet. Nec põt dici scđm. ꝙ intuitiue vel
abstractiue. quia intuitiua cognitio non
est respectu sui. sicut intellect⁹ noster nõ in/
tuitiue cognoscit se. nec etiã sensus vis⁹ vi
det se. ⁊ ergo intuitiue nihil videť cog̃scere
se. ⁊ hoc dic̃. xv. ꝓpositio auctoris de cau/
sis: que talis est. om̃is sciens q̃ scit essenti/
am suã est rediens ad essentiã: reditõe cõ/
pleta. talis aũt regressus nõ est cognitio ĩ
tuitiua. Sed etiã nõ põt dici ꝙ abstracti
ue. qꝛ nõ põt dici a q̃ esset abstractio ¶ Se 2
cundo. quia vel cognosceret se cõplexe. et
sic in eo esset complexio: qđ falsum est. vl'
incõplexe. ⁊ hoc nõ. qꝛ tũc nesciret se eẽ do.
minũ. vel trinũ ⁊ vnũ. qđ iterũ falsuȝ est. ⁊
ptȝ conseq̃ntia. qꝛ cognoscere se esse domi
nũ vel trinũ: est cognoscere cõplexe. ¶ Ter 3
tio. quia vl' in cognoscẽdo cõphenderet se
et si sic: cõphensibilis esset: ⁊ ex ꝯñti finit⁹
vel nõ cõphenderet se. ⁊ sic nõ pfecte cog/
sceret se. ¶ Quarto. qꝛ vel pus esset q̃ȝ cog̃ 4
sceret se: ⁊ si sic tunc aliq̃n fuisset nesci⁹ sui.
Uel nõ pus erat q̃ȝ se nouit. ⁊ cõtra. qꝛ no
scere psupponit esse. inaginabile em̃ esset 5
ꝙ aliq̃d nosceret ⁊ nõ esset. ¶ Quinto. qa
vel cognoscẽdo se immẽse ad sui cognitio/
nẽ ⁊ dilectõem cõuerteret. ⁊ si sic. nõ posset
vacare puidentie creaturaꝝ: qđ falsuȝ est
et pbatur ꝯña. qꝛ immense ad vnũ illect⁹
nõ videť posse in aliq̃d aliud. Uel non sic
totus sup se cõuerteret. ⁊ hoc nõ. qꝛ tũc nõ
tm̃ se cognosceret et diligeret: q̃ntũ bonus
esset. probatur ꝯña. qꝛ immẽse bonus. ⁊ ita
dicis: ꝙ cognoscẽdo ⁊ diligẽdo nõ immen
se ad sui cognitõem cõuerteret. ¶ Sexto. 6
quia scire cũ sit relatiuũ: nõ debet dici reci/
proce in deo: sicut nihil generat se: nec spi/
rat se. ergo eodẽ modo deus nõ scit se. ¶ De arguiť 3.
inde arguiť contra tertiũ quesitoꝝ. ꝙ deus
nõ cognoscat omnia alia a se. pmo sic. qa
si sic: cõtradictoria sibiĩuicem essent simł
vera. falsitas patet. pbatur ꝯña. quia illa

sunt simul vera que p eodē instāti sunt ve/
ra: sed si deus cognoscit oīa alia a se: tunc
contradictoria sibiynuicē p eodem instanti
sunt vera. igit. Maior nota ē. Probat mi
1 nor. quia si nouit oīa alia a se: tūc nosceret
2 hanc esse verā. Antichristus nō ē. Itez no/
uit etiam hāc esse verā. Antichristus ē. cū
illa etiaz suo tempore fiat vera. Sed q hoc
sit pro eodē instāti: apparet. quia est pro in
Confir. stāti eternitatis sue: que ē tota simul. ¶ Cō
firmat sic. quia eternitas si oīa nouit: tūc
repsentat illa duo vt vera. vel ergo simul re
psentat ea vt vera. et cū nō possit decipe: seq/
tur q sint simul vera: et habet ppositū. vel re
psentat vnā prius verā scz negatiuā: et post
affirmatiuā. et hoc nō ē possibile: eo q i eter
nitate nō ē prius nec posterius. immo quic
quid repsentat: totū simul repsentat. quia
semp. omi et eodē modo repsentat. als mu/
tatio esset in eternitate possibilis: quod esse
Argu.2. nō pōt. ¶ Secūdo sic. quia si hec exteriora
deus nouit: vel ergo eodē mō nouit quādo
Socrates sedet sicut quādo non sedet: et si
sic: nō plus nosceret vere q̃ false. nec plus
nosceret vnā partē esse verā: que dicit q So/
crates sedet. q̃ aliaz que dicit q Socrates
nō sedet. vel alio mō nouit quādo Socra
tes sedet. et alio mō quādo nō sedet. et si sic:
necessario videt mutari sciētia dei: que ē alio
modo quādo affirmatio ē vera. et alio mō
Confir. quādo negatio ē vera. ¶ Confirmat. quia
si oīa nouit ad extra: tūc scit nūc diez iu/
dicij nō esse. Consequētia nota ē. quero igi
tur. vtrū in die iudicij quādo ipa ē: verum
tūc omino eodē mō nouerit: si sic: tūc sequi
tur. Omino eodē mō nūc nouit diē iudicij
sicut heri. Sed heri nouit euz nō esse. ergo
adhuc nouit eū nō esse: quod falsum ē per
casum. quia dies iudicij ē. Si dicat q quā
do dies iudicij ē: aliquo alio mō nouit. q̃
quādo nō ē: infallibiliter sequi videt muta
3 tio in deo. ¶ Tercio. si oīa ad extra cogno
sceret: sequeret q sciret se aliqualiter velle So
cratē esse: qualiter scit se nō posse velle. Cō/
sequēs videt implicare. et consequētia tenet
quia si oīa ad extra nouit: tūc scit se libe/
re libertate oppositionis velle Socratē esse
vt notū ē quādo Socrates ē. et simul scit se
nō posse libere velle libertate oppositionis.
ergo ꝯsequēs illatū. Patet secūda ps ante/
cedētis. quia si pōt libere velle libertate op
positionis: tūc posset nō velle. Modo hoc
ē falsum. quia necessario vult seipm et suaz

essentiā. et singulas res intrinsecas. ¶ Quar 4
to. quia aliqua ad extra nō cognoscit: ergo
nulla. Cōsequētia nota ē. qz nō ē potior ra/
tio de vno q̃ de alio. Añcedēs videt esse phi
xij. metaphysice dicētis. q dignius ē que/
dam nō cognoscere. ¶ Et dicit Cōmenta/
tor ibidē: q intellectus diuinus vilesceret:
si vilia cognosceret. Nā cū intellectus pfi/
ciat ab intelligibili: si intellectus diuinus
cognosceret hec exteriora: ipe pficeret ab ip
sis. Et hoc videt ibidē velle Cōmentator:
dicēs. q nihil extra se cognoscit. ¶ Quinto 5
si oīa alia a se cognosceret: in deo esset di/
uersitas. Falsitas cōsequētis patz. Conse/
quētia pbat. quia diuersitas cognitorū vi/
det se habere tanq̃ añcedēs necessario infe
rens diuersitatē aliquā in sciētijs. Modo
si oīa nouit: maxima ē diuersitas scitorū.
ergo aliqualis diuersitas scientiarū: quod
erat pbandū. ¶ Sexto. quia deus nō nouit 6
oēs ptes ꝯtinui. igit. Añcedēs pbat. quia
nulle sunt oēs: cū sit in infinitū diuisibile
¶ Et cōfirmat. quia nō nouit vltimā partē Confir.
pportionabilē huiꝰ hore ꝯsequētē se habē
tem. igit nō oīa. Cōsequentia tenet vt vi
det. et añcedēs patet. qz nulla pōt esse vlti/
ma ¶ Similit posset argui: q nō nouit ma
ximū numez. ¶ Septimo. nō nouit maxi/ 7
mū quod pōt pducere: quomō ergo oīa
nouit? Añcedēs pz. qz supposito q nō pos/
sit pducere infinitū: tūc nullū ē: vel pōt esse
maximū quod pōt pducere. ¶ Octauo. so/ 8
lū ea nouit: quoꝝ sua eēntia ē idea sufficien
ter repsentatiua. sed aliquoꝝ sua eēntia nō
ē sufficiēter repsentatiua. Maior nota. q̃a
nō nouit nisi p suam essentiā. Et minor pa
tet. quia maloꝝ sicut peccata: sua eēntia nō
ē repsentatiua: quia nō pōt ea facere. ergo
nec eēntia sua pōt ea repsentare. et a fortiori
quia eēntia infinite ē bona. talis autē ē in/
finite bonitatis repsentatiua: et ex cōsequen
ti nullius deformitatis vel turpitudinis. vel
etiā signū oppositoꝝ: immo etiā signū tur/
pitudinis nō pōt esse signum infinite pul/
chritudinis. ¶ Sed p supposito ē magister
in lra dis. pñtis xxxv. et apostolus ad Ro
ma. xj. dicēs. O altitudo diuitiarū sapien
tie et sciētie dei. Et ad Colos. pmo. In ipso
sunt oēs thesauri sapientie et sciētie ¶ Sz In ꝯriū
p pmo quesito ē magister in eadē dis. ca. v.
dicens: q sciētia dei ē de eternis. Et Ambro
sius qnto libro de trini. dicit: q immēsa sci/
entia dei capit omnē sapientiā et scientiā. et/

go etiam scientiā sui. Et Matthei.xj. Ne
mo nouit filiū nisi pater: neq3 patrē nisi fili
us. ergo deus nouit se. ¶ Etiā p secūdo que
sito est magister dist. p̄sente ca. septimo di
cens. q deus omīa nouit anteq̄3 fierent. Et
beatus Augustinus. xv. de trini. ca. xiiij. di
cit. Nouit oīa deus pater in se ipso. nouit
omīa in filio. Et apostolus. Omīa nuda
sunt. ¶ Hanc questionē moui circa istas du
as distinctiōes. quia materia3 de ideis tra
ctaui in principio questionis p̄me. vñ eam
nō resumo hic. quia etiā distinctiones bre
ues sunt. 7 erūt i ea quattuor articuli. Pri
mus. verū in deo sit scientia. Secūdus vt3
sciētia dei sit ipsius dei cognoscitiua. Et ter
tius vt3 oīm alio3 sit 9scia. Et quart9 vt3
etiā deus cognoscat mala.

Art.1. Quantum ad pri
mū supponit: q de9 sit omīno simplex. Hoc
dictū fuit di. octaua. 7 questione illi corre
spondēte. 7 i lumine naturali 9cedit a pho
Seq.1 xij. metaphysice. ca. quarto. ¶ Ex quo sequi
tur: q in deo nulla ē potētia passiua. Patet
q2 talis pōt recipe: 7 ex 9sequēti nō stat cu3
Seq.2 omimoda simplicitate. ¶ Sequit secūdo:
q deus nullo mō ē sciens quātum ad natu
ram diuinā: d qua sola nūc loquor scientia
supaddita. Patet. q2 tūc esset potētia pas
2 siua. s3 receptiua in ipo. ¶ Itē vel receptio
fieret in eo sciētie: vt eum pficeret. 7 quomō
3 immēsa pfectio posset pfici? ¶ Itē quis con
siliarius eius fuit. ad Roma. xj. quasi di
cat. nullus. ¶ Vl frustra. 7 hoc nō. quia na
ture re3 repugnat: in primo aliquid eē fru
Seq.3 stra. ¶ Sequit tercio: q scientia simplicis no
ticie quicquid deus non scit: nullo mō scire
pōt. Patet. q2 nō potest recipe scientia3 de
nouo. ¶ Itē cū sit summe simplex: nō potest
2 mutari: sic vt fiat de nesciēte sciens
¶ Secūdo suppono. q deus ē p̄ma cā fina
Suppo nit 2 lis 7 efficiēs. vt habet Apocalipsis. xix. dño
dicēte. Ego sum alpha 7 o: principiu3 7 fi
nis. Et habet a pho. xij. metaphysice. c. q̄n
to dicente. q mouet sicut appetibile. id ē fi
nis. 7 q ab eo dependet celu3 7 tota natura.
Suppo nit 3 ¶ Tercio suppono q eminēter: immo super
eminēter omis pfectio ē in deo. Illa fuit de
clarata questione p̄ma in pncipio: 7 in pri
Cōclo 1 mo eius articulo. ¶ His p̄missis est p̄ma
cōclusio hec. Deus cognoscit. Probat sic.
quia quicquid ē pfectionis in rebus depen

dentibus: supeminēter ē i deo. Sed cogno
scere pfectionis ē i rebus dependentibus. er
go pfectissime ē in deo. Maior ē tercium p̄
missorū. 7 minor manifesta ē: quia sciencia
7 cognitio ē pfectio intellectus. vj. ethico3
vñ eam naturaliter omis homo desiderat:
tanq̄3 sui intellectus pfectiōe3. in plogo me
taphysice. 7 in prologo de anima. Bonorū
honorabiliū noticiā opinātes. ¶ Secūdo 2. pbat
sic. Omē dirigēs appetitū naturalē appetit.
Sed deus dirigit appetitū naturalē. igitur
Patet maior. quia certum ē q ignis nō est
plus determinatus ad pducendū sua cali
ditate caliditatē a: q̄3 qualibet illi consimi
le3 quam postea pducit in eodē vel in alio
subiecto. Nisi igit dirigeret 7 determinare
tur ab aliquo agente cognoscēte a. calidi
tatē: 7 volente illā producti. nō plus pdu
ceret a: q̄3 aliquā aliam: ad cuius producti
onē ignis indifferens ē. ¶ Forte dicet. q ce obiectio
lum suo motu lumine 7 influentia determi
nat agēs. 7 ergo nō ex hoc oportet ponere cog
nitiuē in deo. ¶ Contra: supposito q ita sit Soluit
sicut dicit q celū determinat: ppositum ha
bet. quia cū celū sit indifferēs s̄m se: ad mo
ueri a reuolutione qua hodie mouet 7 qua
libet alia: quid ē quod ipm determinat ad
a motū: nisi primū agens 7 primū efficiēs.
¶ Similiter cū sol sit indifferēs ad produ
cendū in aere lumē b. quod hodie pducit.
7 lumen c. quod cras pducet. 7 passum in
differēs ad quodlibet eorū recipiendū: nō
est possibile q se determinet plus ad vnum
q̄3 ad aliud nisi ab aliquo cognoscente: qd
necessario ē sup ipm dirigat. nec potest po
ni nisi deus. 7 ergo tota determinatio neces
sario in appetitu naturali reducit in deum.
7 ex 9sequēti necessariū ē q cognoscat. quia
alr nō produceret plus vnū q̄3 aliud ab a
gente. 7 nō posset simul plures formas pro
ducere adequate ex eadē materia: cū calidi
tate ignis. s. plures caliditates. ergo nihil p
duceret: nisi cōcurreret determinatio cogno
scētis. Vñ dicit Cōmentator: q opus natu
re ē opus intelligētie. ¶ Secunda 9clusio. Cōclo 2
Cognitio dei ē certa 7 infallibilis. Proba
tur sic p̄mo. quia alr nō omis pfectio emi
nēter esset in deo. Cōsequēs ē cōtra tercium p̄
missor. Et 9sequētia patet. quia sciētia sua
posset falli. Maior aūt pfectio est cognitiō
que falli nō pōt: q̄3 que pōt falli. ¶ Secun 2. pbat
do querit a quo falleret. nō a se. notū ē. nec
ab alio. quia omē aliud dirigit in agendo.

τ ita finaliter dirigeret ad deceptõem sui. et
3 sic a se falleret. ¶ Tercio. quia cognitio im/
mutabilis nequit falli. Nõ cognitio dei ẽ
immutabilis. Maior nota. qꝛ quicq̃d po
test falli põt de vno assensu in alium muta
ri. quia põt ꝑmo assentire pti falsę. vñ τ põt
falli. τ post verę. Minor pꝫ ꝑ ꝑmũ correla
riũ. quia i eo nõ ẽ potẽtia passiua: quę ta/
4 mẽ necessaria ẽ ad mutatõez. ¶ Quarto qꝛ
cognitio dei ẽ cã rerũ. ergo nõ põt falli. Con
sequẽtia nota ẽ. quia effectus nõ põt falle/
re vel immutare suã cãm ꝑmã. τ añcedens
dicet post. τ dictũ fuit satis in secunda rõne
ꝑmę ↄclusionis. qꝛ dirigit oẽ agẽs natu/
5 rale i agendo. Et qnto. qꝛ ea maior notitia
cogitari nõ põt. g̃. Cõsequẽtia nota. quia si
falli possit: maiorẽ cogitarem⁹: puta infalli
bilẽ. Añs pꝫ. qꝛ cũ notitia dei sit i deo: neces
se ẽ ꝙ sit maxima quę põt eẽ: ꝑ terciũ ꝑmis
soꝝ. τ ex ↄsequẽti maiorẽ cogitare nõ vale/
Cõclo 3 mus. ¶ Tercia ↄclusio. cognitio dei ẽ de⁹. p/
bat sic. qꝛ vel ẽ deus: τ habet ꝓpositũ. vel in
ẽ in deo: cũ vtrũqꝫ nõ sit extra deum: eo ꝙ ni
hil formaliter cognoscat. eo ꝙ e extra ipm.
et si sic: tũc eẽntia dei respectu suę cognitiõis
se haberet passiue: ↄtra ꝑmũ correlariũ p/
pbat 2 mi ꝑmissoꝝ. quia talis nõ ẽ in deo. ¶ Scdo
qꝛ deus i eẽntia nõ eẽt ꝑfectissim⁹: ↄtra ter/
ciũ ꝑmissoꝝ. Pꝫ ↄñia. qꝛ ꝑficeret aliquo. s.
3 cognitõe addita. ¶ Tercio. nõ eẽt simplicis/
simus. qꝛ imponeret suę cognitõi: ↄtra ꝑmũ
4 ꝑmissoꝝ. ¶ Quarto eẽntia dei nõ eẽt vltim⁹
finis: ↄtra scdm ꝑmissoꝝ. Pꝫ ↄseqñtia. qꝛ
aliquid melius ea eẽt repibile. s. eẽntia cũ
cognitõe τ sequẽte dilectõe: quę essent ei su
peraddita. Nõ semp melius habet ratio/
nem finalis: ꝙ ois respectu minus boni. vt ha
bet ex. v. metaph. qꝛ finis debet eẽ optimũ
Cõclo 4 ¶ Quarta ↄclusio. cognitio dei ẽ ęterna. seq̃
tur. qꝛ deus ẽ ęternus. modo ipa ẽ deus: ꝑ prę/
Cõclo 5 cedentẽ. ¶ Quĩta. cognitio dei ẽ ꝑma cogni
tio. Pꝫ ex tercia. qꝛ ẽ deus. τ ex quarta. qꝛ ẽ
Cõclo 6 ęterna. ¶ Sexta. cognitio dei nihil ꝑsuppo
nit a q̃ fit. vel mediãte quo fit. pꝫ ꝑ terciã.
Corre. qꝛ ẽ deus q̃ nõ fit ab aliquo. ¶ Correlarium
cognitio dei nõ ẽ discursu acq̃sita. vł ab alia
noticia abstracta. patꝫ. qꝛ tũc ꝑsupponeret
aliã noticiã priorẽ: ex qua fieret ꝑ discursum
vel ꝑ abstractõem ↄtra p̃cedentẽ ↄclusiõẽ.
Cõclo 7 ¶ Septima ↄclusio. cognitio dei ẽ intuitiua
pꝫ. qꝛ cũ ois noticia sit vel discursu acq̃sita
vel abstractiua ab alia priori: vocãdo oẽm
noticiã abstractiuã: q̃ ab alia trahit. vel in
tuitiuã. τ cognitõ dei nõ sit discursu acq̃sita
vel abstractiua: ꝑ p̃cedẽs correlariũ: sequit
ꝙ sit intuitiua. ¶ Octaua ↄclusio. cognitio Cõclo 8
dei ẽ summe simplex. pꝫ. qꝛ ẽ de⁹ ꝑ terciã ꝓposi
tionẽ. q̃ ẽ simplex omnino: ꝑ ꝑmũ ꝑmissorũ.
¶ Scdo qꝛ ẽ intuitiua ꝑ p̃cedentẽ. τ ois tal'
ẽ simplex. ¶ Correlariũ. cognitio dei nõ ẽ p/ Corre.
prie ↄplexa. pꝫ ex p̃cedẽti. qꝛ ẽ summe sim/
plex. ¶ Nona. noticia dei nõ dꝫ dici vlis vel Cõclo 9
ꝑticularis vel habitualis seu potẽtialis. sic
ꝙ nõ sit actu: sed semp summe actualis. pꝫ
qꝛ vlis τ ꝑticularis noticię sunt cõplexę. et
noticia dei nõ: vt dicit correlariũ p̃cedens.
¶ Scdo. qꝛ recipiunt habitudinẽ subiecti ꝓ
põnis τ p̃dicati de qua sunt: qd cognitõi dei
nõ ↄuenit: cũ nõ sit de ꝓpositõe vt de ꝓprio
obiecto. vt post dicet. ¶ Sed ꝙ nõ habitu
alis vel potẽtialis pꝫ: qꝛ excludit actũ: pꝫ. qꝛ
hoc eẽt ponere i deo mutatiõem. s. q̃nqꝫ cuꝫ
actu cognoscere: q̃nqꝫ nõ. Sicut em semp ẽ
supmus actus: sic sua cognitio ẽ semp actu
alis τ supma cognitio. ¶ Decima ↄclusio. Cõclo 10
Scia dei nõ dꝫ dici scia qꝛ ẽ: nec scia quid
ẽ: siue ꝓpter qd ẽ. eo mõ quo de talibꝫ loqui
tur phs. vj. metaph. vel. j. posterioꝝ. Pꝫ.
qꝛ hmõi scię ꝑsupponũt eẽ acquisitũ: vel ex
causis vel ex effectibꝫ: quoꝝ nullũ cõuenit
scię diuinę. vt pꝫ ex. vj. ↄclusiõe et sũo corre
lario. ¶ Undecima ↄclusio ꝙ q̃uis diuina Cõclo 11
cognitio dicat a certitudine sua ꝓprijssime
scia. tamẽ nõ ẽ scia eo mõ quo noticia crea/
turaꝝ vocat scia. Prima ps ↄclusiõis pꝫ 1
qꝛ scia siue capiat hic ꝑ habitu ↄclusionis
siue ꝑ intellectu ꝑncipioꝝ necessarioꝝ: sem
per ꝑsupponit certitudinẽ. τ ideo qꝛ cogni/
tio diuina ẽ certissima. vt dicit ↄclusio scda
ideo i ordine ad certitudinẽ vocat ꝓprijssi/
me scia. Scda ps pꝫ. qꝛ scia creaturaꝝ ẽ su 2
peraddita: τ nõ diuina. vt dixit scdm corre
lariũ ꝑmę suppositiõis. Scdo. qꝛ scia crea
turaꝝ ꝑsupponit aliã noticiã priorẽ: τ non
diuina: ꝑ sextã. Tercio. qꝛ nõ ẽ summe sim 3
plex: cũ componat suo subiecto: diuina xo
ẽ simplex omnino: vt dicit octaua. Quarto 4
quia sciẽtia creaturę ẽ vlis vel ꝑticulař. q̃n
qꝫ i potẽtia τ nõ i actu: quoꝝ nullũ ↄuenit
noticię diuinę: vt dicit. ix. ↄclusio. Quĩto. 5
qꝛ omis scia creaturę ẽ mutabilis sicut crea
tura: scia dei cũ sit deus: vt dicit tercia ↄclu/
sio ẽ omnino imutabilis. Sexto qꝛ scia crea 6
turę põt augeri vel minui: saltẽ intẽsiue vł
extẽsiue. τ hoc i ordie ad totã sciam quã cre
atura hꝫ. põt em plura scire. τ eadẽ ꝑfecti⁹

scire. scia dei nō sic. vt pȝ ex tercio correlario
p̄me suppositōis. qꝛ sibi nequit fieri additio
Cōcl. 12. vel ablatio. ¶ Duodecima. scia nō dicit pu
re vniuoce: nec equiuoce: sȝ analogice de sci
1 entia dei ꝛ nr̄a. Pȝ p̄ma ps. qꝛ ꝯdiciones
s̄m quas habitus vel assensus in nobis dicit
scia: sciētie diuine nō ꝯueniūt. vt pȝ p dedu
2 ctionē scd̄e ptis p̄cedētis ꝯclusionis. ¶ Itē
definitōes quas nos damus de scia creatura/
rū diuine sciētie ꝯuenire nō pnt: vt q sit as/
3 sensus vel habitus ꝛc. ¶ Itē nō posset assi/
gnari vna ratio ꝓpria: s̄m quā hic terminus
sciētia diceret vniuoce de cognitōe dei ꝛ nr̄a
¶ Scd̄a ps. q nō equoce. pȝ vtraqȝ cogni/
tio ꝛ dei ꝛ nr̄a: a certitudine scia dicit. q̄ certi
tudo quia ē prior i deo. ꝛ g̃ sua scia videt dici
scia prius. nr̄a aūt certitudo qꝛ ē ab illa: dici
tur scia posterius. Et ex hoc pȝ tercia ps: q
analogice dr̄ scia: de illa ꝛ de nr̄a. Forte dicet
1 de quo dr̄ prius ꝛ de quo posterius? Rn̄det si/
cut prius visum fuit: q in ordine ad pfectio
nem quā dicit prius dicit de sciētia dei. qꝛ ois
1 pfectio immēse ē prius i deo q̄ȝ i creatura Sȝ
i ordine ad nr̄m modū intelligēdi ꝛ signifi
catiōeȝ termini: que sumpta ē a cognitione
creature: prius dicit de scientia nostra. quia
esse habitū vel certā cognitōem prius nouit
homo de creatura q̄ȝ ad diuinā cognitōem
3 vel eius certitudinē cōsiderauit. ¶ Et tercio
q simpliciter cōiter tales termios sic ad deū
trāslatos: que essentiā diuinā exp̄mūt: sub
rōne alicuius pfectōis i ordine ad intellectū
nr̄m debet dici p̄mitus conuenire deo q̄ȝ no/
bis: sicut pfectio quā dicūt prius ē i deo q̄ȝ in
nobis. Hoc de p̄mo articulo.

Art. 2. **Quantum ad se/**
cundū articulū restat videre: an sciētia dei
sit ipsius dei cognoscitiua? quod erat p̄mū
Cōclo quesitorū. ¶ Et quantū ad hoc ē ꝯclusio re/
sponsalis: q diuinā cognitio siue sciētia pri/
mo ꝛ p̄ncipaliter ē ipsius dei cognoscitiua.
Probat sic. qꝛ p̄me cognitōis obiectū p̄nci
pale dȝ eē ens simpliciter p̄mū. Nō cog/
nitio dei ē p̄ma cognitio. ꝛ deus ē ens simpli
citer p̄mū. igit. Maior pȝ. qꝛ sequunt cog/
nitōes rōem suorū obiectorū: sic q p̄ma est
p̄mi. ꝛ minor ad vtrāqȝ partē ē manifesta.
2. pbat ¶ Scd̄o. qꝛ pfectissime ꝛ simplicissime cog
nitōis obiectū dȝ eē pfectissimū ꝛ simplicis
simū. Nō cognitio vel scia dei ē huiō. igit
ꝛc. Pȝ maior. sic maior p̄cedētis rōis. Pȝ
minor ex dictis p̄cedētis articuli. qꝛ cogni/
tio dei ē deus. ¶ Tercio. qꝛ cū i deo sit cognitio 3
vel ē p̄mo respectu dei: ꝛ habet ꝓpositū. vel p̄
mo respectu reȝ depēdētiū. ꝛ hoc nō. qꝛ illa
sunt posteriora i eē. ꝛ g̃ etiā i cognosci. qꝛ si/
cut res se hȝ ad esse ita ad cognosci. q. meta
phy. ¶ Itē sciētia dei ē eterna: vt dicit p̄ce/
dēs articulus. talis aūt nō pōt eē p̄mo respe/
ctu reȝ depēdētiū que ea infinite sūt poste
riores. ¶ Vel ē eterne p̄mo respectu dei ꝛ re/
rū depēdentiū. ꝛ hoc nō ꝓpter easdē rōes.
¶ Quarto. qꝛ vel cognitio reȝ deo ꝯuenit p 4 pbat
suā essentiā ꝛ habet ꝓpositū: q essentiā suā
p̄mo cognoscat. Vel ꝯuenit ei rōne reȝ pro 1
ductarū. ꝛ hoc impossibile ē. quia tūc deus
ab eterno nō cognosceret: cū res nō sint eter
ne. ¶ Scd̄o. tūc res nō cognosceret antequā 2
eas pduceret. quod rōem vel apparentiaȝ
nō hȝ qꝛ tūc pduceret eas ignorās. ꝛ parȝ
ꝯsequētia. qꝛ antequā essent nullā cognitio/
nem ab eis potuit recipe. ¶ Quinto quia pbat 5
cognitio dei ē deus: p terciā ꝯclusionē p̄ce/
dētis articuli. g̃ ē p̄mo ipsius. Cōsequētia te
net. qꝛ cognitio que ē res cognoscēs potissi/
me ē respectu sui. ¶ Sexto. qꝛ cū materialia 6
nō reflectant sup se: vt visus exterior nō vi/
det se videre. Vn̄ Proclus i ꝓpositōibus su/
is. Quod reflexiuū ē sup se immateriale est
Sȝ imaterialis quorū p̄mū ē deus sup se re-
flectit: vel g̃ imediate et p̄mo sup se: cogno/
scēdo ꝛ sciēdo se: ꝛ habet ꝓpositū. vel cogno
scit se mediātibus rebus: et sic se pfecte cogno-
scere nō valeret: cū oīa pducta finita ma-
gnitudine spūali ꝛ etiā corporali: nō sint na/
ta notificare sufficiēter brutē infinitā ¶ Se 7
primo. nisi imediate se cognosceret: nō esset
p̄mo p se btūs. Cōsequēs etiā phō esset in
cōueniēs: dicēti. Dei aūt btissima ē vita. x.
ethicorū. Et ꝯsequētia tenet. qꝛ felicitas p̄/
supponit visione obiecti beatifici ꝛ dilecti/
one. Si g̃ nō p̄mo se videt: nō est p̄mo p se
se diligēs: nec beatus ex ꝯsequēti. ¶ Posset
ꝯfirmari ex eodē. qꝛ si sui cognitio esset in
ipo p creaturā: esset p creaturā btūs: imo tñ
p eā attingeret sui cognitōem. ¶ Scd̄a cō/ Cōclo 2
clusio. Deus p̄ise ꝛ equaliter se cognoscit q̄n
te ꝛ qualiter existit. pbat sic. qꝛ vel sic. ꝛ ha/
bet ꝓpositū. vel magis: ꝛ hoc nō ē possibile
cū deus sit i suo esse infinitū simpliciter. vel
minus: ꝛ sic aliquid ipsius pfectōis diuine nulli
esset cognitū. qꝛ nō sibi: eo q minus se cogno
sceret q̄ȝ existeret. ꝛ a fortiori nulli alteri. ꝛ h pbat 2
ꝯn̄s ē absurdū. ¶ Scd̄o sic. qꝛ vel quante/

cūq; deus ē ꝑtēs vel ꝑfectus: tante scit se eē
potentie ⁊ tāte ꝑfectionis. ⁊ habet ꝓpositū
Uel nō. ⁊ si sic: deus aliquid posset quod ne
sciret se posse. ⁊ hoc contradictiōem implí/
cat. quia cū nihil possit facere ignorās. ⁊ ne
sciret se illud posse. ipe illud facere nō pos/
set. ⁊ sic idem posset facere: ⁊ nō posset facere
ꝓbat ¶ Tercio. vbicūq; cognitio ē eēntia ⁊ econ/
tra: ibi cognitio adequat eēntie. Sed cog/
nitio dei ē eēntia dei. igit. Patet maior de
se. quia idem nō ē maius nec minus seipo.
Patet minor ꝑ terciam cōclusionē articuli
Corre. 1 pcedētis. ¶ Correlariū sequit. Cognitio dei
ē infinita cognitio. patet. quia ē tāta quan
Corre. 2 ta ē eēntia: ꝑ ꝯclusionē: que ē infinita ¶ Se
cundū correlariū. Cognitio dei eēntie diui/
ne est cōphēsiua. Patet. quia nec ē minor
nec maior ea: ꝑ ꝯclusionē ⁊ correlariū prece
Cōclo 3 dens. ¶ Tercia ꝯclusio. Cognitio dei ē dele/
ctabilissima. Probat sic. quia ē infinite bo
ni obiecti vt summe ꝓsentis apprehēsiua.
Uñ in forma arguit sic. Cognitio que ē in/
finite boni obiecti vt summe ꝓsentis: infini
te ⁊ ꝑfectissime cōphēsiua: est delectabilis
sima. cognitio dei ē hmōi. igit. Patz maior
quia delectatio ē ex ꝯuenientis cognitōne: ⁊
ipsius ꝑfecta adeptōe. vt habit a pho. vij.
ethicoꝝ. Nō minor patet. quia ē dei. qui ē
bonū infinitū ⁊ summe ꝓñs. quia hoc idē
cui⁹ ipa cognitio ē ꝑfectissime cōphēsiua:
Cōclo 4 vt dictū ē. ¶ Quarta ꝯclusio. Deus sūme
se diligit. Probat sic. Omne bonū infinitū
bonū infinitū ꝑfecte cognitū sūme ⁊ ꝑfectis/
sime diligit. Deus ē bonū infinitū vt suppo
nit ꝑ totā ꝯclusionē istā. ergo bonū infinitū
ꝑfecte cognitū infinite ⁊ summe diligit. er/
go cū ipe sit illud bonū: seipm summe ⁊ ꝑfe
ctissime diligit. Patet maior. quia omnis
bonus de bono delectat ⁊ ipm diligit. infini/
te bonus infinitū bonū infinite siue ꝑfectis
sime cognitū: ꝑfectissime ⁊ summe diligit.
Corre. Minor ē supposita. ¶ Correlariū. Deus di
ligit se infinite. Patet ex ꝯclusione. qꝛ sum
me ⁊ ꝑfectissime. ⁊ hoc respectu boni infini/
Confir. ti nequit eē nisi infinite. ¶ Cōfirmatur sic.
quia vel tāte se diligit quāta dilectione di
gnus ē. ⁊ habet ꝓpositū. qꝛ cū infinitū bo/
nū sit: infinita dilectōe dignus ē. vel nō tā
te se diligit quāta dilectiōe dign⁹: ⁊ tūc nō
eēt optim⁹. qꝛ optimū diligibile minus di
ligeret ꝙ dignū ē ipm diligi: cognoscēs ꝑfe
obiectio cte ipm eē tale. ¶ Forte dicet. ꝙ si deus ē infi
nita dilectōe dignus: tūc nullus beatus q̄
nō ē deus: diligit deū tāta quāta dilectōne
dignus ē diligi. ⁊ sic ex ꝯsequēti minus dili
geret ꝙ obiectū dignū ē diligi. ergo amor bea/
ti eēt inordinatus. Patet ꝯsequētia. qꝛ ille
amor ē inordinatus: q̄ datū diligibile mi/
nus appciat ⁊ diligit ꝙ ipm ē dignū diligi
¶ Respōdet p̄mo. ꝙ quilibet qui diligit de Soluit
um: diligit eū causaliter infinita dilectōne 1
Patz. quia dilectio diuina que deus ē cau
sat in eo dilectōem qua diligit deū. ⁊ illa est
infinita dilectio. igit ¶ Scdo. ꝙ quilibet be 2
atus ꝑfectius diligit deū qꝛ quicūq; pur⁹ vi
ator. Apparet. quia complet mādatū ma
gnū: quod ī via nō pōt ꝑfecte ꝑfici. quia
amor vie distrahitur: turbat ⁊ impedit: sic ꝙ
in via mandatū illud nō ꝑfecte adimplet.
Et hoc videt eē de intētione saluatoris: qui
postꝙ dixerat ꝙ inter natos mulieꝝ nō sur
rexit maior Johāne baptista. subdidit. q̄
aūt minor ē in regno celoꝝ maior ē illo Lu
ce. vij. ¶ Tercio. ꝙ nulla creatura beata di/ 3
ligit deū tāta dilectōe formaliter quāta di/
lectōe dignus ē. Pz. qꝛ tūc infinita dilectō 1
ne diligeret intēsiue: quod creature nō con
uenit. Itē diligeret deū tante quāte ipe seip 2
sum. Et nō plus diligit ꝙ cognoscit deū eē 3
bonū. sed nō intēsiue infinite vel tāte quā/
te ē bonus cognoscit eū esse bonū: cū nō cō/
prehēdat bonitatē diuinā. ergo nec infinite
intēsiue diligit. ergo nō tāte diligit quanta
dilectōe dignus ē. ¶ Ad rōem quādo dicit Ad ꝓpo
ꝙ tūc amor eoꝝ esset inordinatus. Neget situ.
ꝯsequētia. Et ad probatiōem ꝯcedit ꝙ mi
nus diligūt deū. sed ex hoc nō ē inordinatio
nisi ex pte eoꝝ esset defectus. Nō quilibet
beatus iuxta statū suū diligit summa dilecti
one qua ipe pōt. licet vnus pl⁹ ꝙ alter: scdm
ꝙ altiori gradu maiori lumine cognitōnis
eleuatus ē. ⁊ hoc sufficit ad ordinatū amo
rē. Nō enī ē p̄ceptū vt diligat deus tāte quā
te dignus ē: si tāte quāte sūt vires. quia di
cit: ex tota aīa. ex tota mēte: ⁊ ex omibus vi
ribus tuis: ⁊ sic faciūt ¶ Quīta ꝯclusio. hec Cōclo 5
dilectio ē ipemet deus. Probat recte sicut p
babat ī p̄mo articulo. ꝙ sciētia dei sit de⁹: cō
clusiōe tercia ¶ Sexta ꝯclusio. De⁹ īfinite de Cōclo 6
lectat. Probat sic. qꝛ tāte delectat quāta ē
cognitio boni ⁊ eius dilectio. quod cogno/
scēdo ⁊ diligēdo attingit ꝑfectissime. sz hec
cognitio ē īfinita: ⁊ etiā dilectio. igit. Patz
maior. qꝛ delectatio ē ꝯuenientis cognitōe ⁊
illi⁹ adeptōe. ⁊ ergo quāte cognoscit ⁊ quāte di
ligit bonū qd attigit tāte delectat. qꝛ ī ill⁹ dig

ob9 formaliter cōsistit ratio delectatōis: vt
trahit ex.vij.ethicoꝝ. Minor quo ad cog
nitōem: pꝫ ꝑ p̄mū correlariū scd'e ꝯclusiōis
p̄cedētis. ⁊ quo ad dilectōem ꝑ correlariū
Cōcl'o 7 ꝯclusionis tercie. ¶ Septima ꝯclusio. dele
ctatio dei ē deus. Pꝫ sicut tercia ꝯclusio ar
Corre.1 ticuli p̄cedētis ⁊ eisdē rōnib9. ¶ Correlariū
eēntia diuina ē formaliter cognitio. intelle
ctio. dilectio ⁊ delectatio. ⁊ quodlibet eoꝝ tā
te ei competit quāte existit. s. immēse. sequit
Corre.2 ex dictis. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ optime sit dictū ꝙ
de9 sit pur9 actus: cū sit pura cognitio vel in
tellectio. ¶ Has ꝯclusiōes oēs credo ꝙ cō
cederet phs ex puro lumine naturali. et iō
phs. xij. metaphy. dicit ī ca. v. ꝙ deus ē in
tellectio ⁊ vita: que in lumine fidei singule
manifeste sunt. Hec de scd'o articulo.

Arti.3. **Venio ad terciū**
articulū. s. ad id quod scd'o quesitū est. s. ad
videdū: si scia dei sit oim alioꝝ a deo cogno
Premit scitiua. ¶ Pro quo p̄mitto ꝙ deus ē sui ple
tu 1 ne ⁊ ꝑfecte cognoscitiuus. hec dicta ē ī pre
cedēti articulo. ¶ Scd'o p̄mitto ꝙ ab eo de
pendent oīa alia. patet Johānis. j. Om
nia ꝑ ipm: verbū scꝫ: facta sunt. Et ī lumie
naturali p̄mo de celo ⁊ mūdo. c. x. dicit phs
sic. A p̄mo ente omibus deriuatum ē eē. Et
xij. metaphysice dicit. ꝙ ab hoc ente. s. deo
dependet celū ⁊ tota natura. Et ē manifestū
quia cū nō sit nisi vnū primū et nihil inor
dinatū: oportet ꝙ ab illo p̄mo dependeant
3 celū ⁊ tota natura: ⁊ oīa posteriora ¶ Ter
cio p̄mitto: ꝙ omis ꝑfectio que ē in depēdē
tib9: etiaꝫ eminēter ē ī deo. posita fuit ī p̄mo
4 articulo: in supposit̄oe tercia ¶ Quarto sup
pono. ꝙ omis entitas ē tāta ꝑfectio quāta
est entitas. Probat sic. quia quanta est in
aliquo similitudo primi boni tāta ē in eo ꝑ
fectio. Sed in quolibet ente quāta est sua
entitas: tāta est in eo similitudo primi bo
ni. igitur. Patet maior. quia nihil potest eē
similitudo primi boni: nisi tāta sit perfectio
quāta ē similitudo: eo ꝙ primū bonū est so
lum ꝑfectio. et ergo quodlibet quod ē eius
similitudo: est similitudo ipsius ratione ꝑ
fectionis, quod eni imꝑfectionis ē: si aliqd
sit tale: nullo modo s'm eum gradum s'm
quem est imꝑfectio: ē similitudo primi bo
ni: a quo oīs imꝑfectio est seclusa. Sed
minor patet. quia nō potest esse aliqs gra
dus entitatis: quin ei correspōdeat tantus
gradus bonitatis: cū sit ꝓductus a p̄mo bo
no: quod nihil vult: nec pōt velle nisi bonū
⁊ ergo quātū dat de entitate tātū dat de bo
nitate entis. Vn̄ dictū ē p̄mo ethicoruꝫ et
quarto metaphysice. ꝙ ens. vex. bonum et
vnū conuertūtur ¶ His p̄missis que phus ī Cōcl'o 1
lumine naturali loquēs ꝯcederet: ē ꝯclusio
vlalis ꝙ etiā ī puro lumine naturali conce
dēdum ē deum ī sua eēntia cognoscere oīa
alia: taꝫ ꝓducta ꝙ etiā producibilia. Pro
bat ex suppositōib9. quia ī puro lumine na
turali loquēs: ꝯcedere hꝫ. ꝙ deus hꝫ ꝑfectā
⁊ cōp̄hēsiuam sue essentie noticiā Sed h̄
nō posset eē: nisi etiam ī ea cognosceret om
nia alia. ergo etiam ī puro lumine naturali
concedēdum ē. ꝙ deus ī sua essentia cogno
scat oīa alia. Cōsequētia nota. ⁊ maior ē
phi. xij. metaphysice. qui ponit deum se in
telligere ⁊ diligere. ⁊ ē manifestū. quia cum
lumē naturale bn̄ deueniat ad ponēdum de
um eē ex effectib9: vt habet ad Roma. j. In
uisibilia dei a creatura ꝑ ea que facta sunt
cognoscūtur. Et phus. xij. metaphysice cō
cluserit deum eē. Mirum esset si poneretur
deus nesciꝰ sui: cum vtiqꝫ etiam loquēdo
naturaliter: cognoscere sit ꝑfectionis. ⁊ ē de
ductū ī p̄mo articulo ⁊ secūdo satis. ⁊ soluꝫ
ꝑ ratōes in naturalibus fundatas: vel ī ꝑ
se notis. ⁊ fuit p̄ma suppositio huius arti
culi. Minorē probo. quia cum oīa entia
sint ꝑfectōes: vt dicit suppositio quarta. ⁊
dependeant a deo: vt dicit scd'a: vel deus no
uit suam essentiaꝫ posse in hanc entitatem
quecūqꝫ sit illa Et si dicat ꝙ sic: sequitur ꝙ
nouit hac entitatē: quia implicat cōtradi
ctionē ꝙ sciat suā essentiā posse in hoc. ⁊ q̄ si
mul nō cognoscat hoc. ¶ Vel dicis: ꝙ nesci
at suam essentiā posse in hoc. ergo sequitur
ꝙ suam essentiam non plene nouit. quia il
le non plene aliquid noscit qui eius virtu
tem vel potentiam nescit. ¶ Secundo sic. ꝓbat 2
quia cum omis entitas sit quedam perfe
ctio: vt dicit quarta suppositio: ⁊ sit eminē
ter inclusa in ꝑfectione prima siue in deo:
vt dicit suppositio tercia. vel ergo scit illaꝫ
ꝑfectōem eminēter eē inclusam sue eēntie. ⁊
si sic tūc nouit illam entitatem quecūqꝫ fu
erit: vel nescit eam esse inclusam. ⁊ si sic: su
am essentiam nō plene nouit. quia ꝑfectio
nes quas eminēter includit: nō cognoscit.
¶ Tercio sic. Phus ⁊ Cōmentator volunt ꝓbat 3
ꝙ deus sit p̄mus motor sicut p̄ma causa ef
ficiēs: vt premissum est. vel ergo volunt ꝙ

nouerit se mouere. et si sic: nouit motū et mo
bile. ergo aliquid extra se. et vltra. ergo om-
nia extra se: cū nō sit maior ratio de vno q̄
de alio: eo q̄ in essentia infinite pfectionis
omīs finita pfectio eminenter equaliter est
inclusa. ¶ Ad volunt q̄ deus q̄uis moueat
tamen nec motum nec mobile nouit. Con
tra: quia dicūt eum mouere p intellectum
et voluntatē respectu mobilis et motus: hoc
eē nō posset nisi motū et intelligeret et vellet.
Corre.1. similiter et mobile sic mutari. ¶ Correlariū.
Nō solum catholice: sed etiam philoso-
phice cōcedendū est deū nosse omīa extra se
Corre. 2 patet p conclusionē. ¶ Scdm correlariū. In-
iuriam faciūt Aristoteli et cōmētatori: q di-
cūt eos voluisse. q̄ deus nō intelligat nisi se
cū nec fuerit d mēte eorū. vt patet p terciam
ratōem adductā ad conclusionē. Et cum ipsi
in multis locis cōtrarium exprimāt: vt in
x. ethicorū. ca. viij. dicit phus. Scdm intel
lectū operās et hunc curans optime disposi
tus ē: et deo amantissimus esse videt. Si de
us amat bonū: sine dubio cognoscit eun-
dem: cum dilectio presupponat cognitōem
Et Cōmētator ibidem dicit: q̄ deus maxi-
me diligat intellectū speculatiuū. et i pluri-
bus locis ē cognitio dei et dilectio dei expssa:
p phm et cōmentatorē respectu rerū ad extra
obiect.1. ¶ Hic forte dicetur. Si in lumine natura-
li poneret deum cognoscere res ad extra. vel
confuse: et hoc nō. quia cognitio dei est pfe-
ctissima et distinctissima. vel eēt determina-
te singulorū cognoscitiuus. et si sic: sequeret
q̄ deus i lumine naturali deberet pōni infini
te virtutis. Cui contrariū asserit phs. ij. de ce
lo: dicēs. q̄ moueat circulari motu. et videt
intelligere: q̄ nō possit velocius mouere nec
tardius. Et pz consequētia. qr cū phs ponat
mundū fuisse ab eterno: infinitos ponit fu
isse homies vel equos: quos si omes deus
distincte noscit: infinite virtutis ē in cogno
scendo: simul actu distincte infinita distin
cta. ergo et i mouēdo. qr cū p intellectū mo-
ueat: si infinite intelligit: infinite velociter
mouere poterit. ¶ Scdo: qr phus videt di
cere: in. xij. metaph. q̄ queda dignius ē nō
intelligere. Et Cōmētator. q̄ intellectus di
Ad1 uinus vilesceret si vilia intelligeret. ¶ Dica
tur ad pmū pbabiliter. qr difficile ē q̄ phs
concederet deū eē infinite virtutis i actualit co
gnoscēdo distincte. et semp infinita distīcta
immo infinities infinita. ¶ Scdo q̄ tn̄ nō
poneret eum infinite virtutis i vigore vel i
mouēdo. quia reputaret ipm nō posse velo
cius mouere: nec maius mobile q̄ nūc mo
uet. qr optimū est ipm sic mouere vt ipsi di
cerēt: et ideo eternaliter immutabiliter se de
terminauit ad mouere hoc motu. ¶ Ad im-
probatōem qn̄ dicit. q̄ p intellectū mouet
hoc cōcedit. et cōceditur q̄ infinite virtutis
sit: intelligēdo actu infinita sibi inuicē suc
cessiue succedentia: tamē nō in pducēdo ea
simul. qr nequeūt esse simul: ita infinitatē
velocioris motus etiam intelligit. sz quia
nō melior est: eum producere nequit: sed so
lū tm̄ intēsiue et extēsiue: quantus est mo-
tus quē facit. ¶ Ad secundā: scz ad aucto Ad2
ritatē phi et sui cōmētatoris: q̄ velint q̄ di-
gnius sit nō cognoscere q̄ cognoscere: intel
lectōe sumpta a rebus. qr sic vilesceret itel-
lectus diuinus: si cognitōem recipiendo a
rebo cognitiuus fieret. qr tunc egeret repntati
uo alio ab eēntia. ¶ Scda conclusio ē hec: q̄ Cōclo.2
q̄uis deus sua cognitōe siue sciētia se cogno-
scat: et oia alia. tn̄ hoc est vna simplici noti
cia. Pz pma ps ex conclusiōe pma articuli p
cedētis: et ex conclusiōe pcedēte. Pz etiā scda
ps. qr cognitio dei siue scia ē ipemet deus. et
q̄ sicut ē vnus deus omino simplex: ita etiā sua
cognitio respectu cognitorū est vna et sim-
plex. Hec pfectius dicta sunt i questione p
ma: i pncipio i pmo articulo. et i tercia pte il-
lius articuli. vbi de hoc cui placet pōt videre
¶ Forte dicet. si sit vna noticia dei et aliorū: obiectio
tunc deus omia eque pfecte nouit. Credo q̄ Soluit.
hec dubitatio forte est etiā ibi mota: ideo
cōceditur hoc q̄ ipsa includat quantum ad
noticiā in se. Sed quātum ad dignitatē
rerū cognitarū dici pōt: q̄ vnū pfectius no-
uit alio. nō quia noticia eius est pfectior.
sed quia nouit rē pfectiorem esse magis p
fectam. et rem minus nobilē eē minus pfe-
ctā. ¶ Tercia conclusio. q̄uis scie siue cogni- Cōclo.3
tiōis diuine diuina eēntia sit obiectū pma
riū. pnt tn̄ creature dici cognitōis eiusdem
obiectū scdariū. Prima ps conclōnis pz ex p
ma conclusiōe articuli scdi et eius pbatōne. Scda
ps pz. qr cū creatura a deo veraciter cogno-
scat: nullo modo male videt sonare dicere
q̄ creatura aliquo mō scdario. s. deo obijcia
tur: p essentiā pmario cognita: nō vt ab ea
deus accipiat sciētiā: sz qr eius p obiectū
pmariū. s. suā essentiā pfecte cognitū perfe-
ctā habet noticiā. ¶ Sz contradicit alia opi- Oppo
nio. quia pmū est tante pfectionis q̄ nihil niu.1.
exigat ad sui pfectiōem. Sz si creature sunt

obiectū cognitiōis diuinę: tūc ad ꝑfectam
dei cognitiōem coexigerent creaturę. ergo in
2 se nō esset summe ꝑfecta ¶ Secūdo. si deus
intelligendo essentiā simul intelligeret crea
turas. vel hoc esset necessario. ⁊ si sic: creatu
rę necessarię essent ad ꝑfectam cognitiōem
diuinā: quod nullo mō videt. Et ꝯsequen
tia pꝫ. quia sine eaꝝ intellectiōe nō pōt di/
uina cognitio esse ꝑfecta. ¶ Uel ꝯtingenter
⁊ si sic: posset nō intelligere creaturā: intelle
cta eēntia repsentāte creaturas. ⁊ ex ꝯseqn/
ti posset aliter ⁊ aliter se habere ī cognoscen/
3 do. ⁊ sic mutari. ¶ Et tercio. q: vel eadē itel/
lectiōe intelligeret suā eēntiā ⁊ creaturā. Cō
tra. quia creaturę in essentia vident vidēt
vt ī speculo. mō non est eadem visio speculi
⁊ imaginis in speculo: ergo neqꝫ erit eadem
intellectio diuinę essentię ⁊ creaturę in diui
na essentia. Uel alia: et sic in eo essent plu/
4 res distinctę intellectiones. ¶ Quarto. vel
scientia dei eēt causata a rebus quarum est.
vel esset earum causa. vel neutro modo. pri
mū nō. q: cum sit deus: nequit esse causata
Nec secundū. quia cum sit ipemet deus et
de deo: ⁊ nō est causa dei: nō potest esse causa
rerum scitarum. Nec potest dici ꝙ neutro
modo. quia cum sit deus videtur eē causa.
5 ¶ Quinto vel omnes numeros nouit deus
⁊ si sic: tunc infinitum numeꝝ cathegoreu/
matice cognosceret: cuius falsitas patet. q:
implicat contradictiōem: ꝙ sit vel esse possit
numerus infinitus. quia in eo ꝙ numerus
est numerabilis. Modo infinitus nume/
rus cathegorematice nō esset numerabilis
Cōsequētia tenet. quia si omēs nūeros cog
nitos cōbinaret: surgeret numerus infinitꝰ.
vel aliquē numeꝝ nō nouit. ⁊ si sic: tūc pa/
Ad 1 ri ratione nihil ad extra nouit. ¶ Ad primā
istaꝝ respondet: ꝙ primā intellectiōem siue
scientiā aliquid exigere ad suam ꝑfectiōem
pōt intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ ipa il/
lud coexigat tanqꝫ aliquo mō ab eo depen/
dēs. ⁊ sic maior ē vera. ⁊ minor ē falsa. quia
sic creaturę non coexigūtur ad ꝑfectionem
cognitiōis diuinę. quia nō omē quod intel
ligit intellectiōne diuina. ⁊ quod secūdario
ei obijcit: coexigit sic ad cognitiōem diuinā
¶ Scdo mō pōt intelligi ꝙ sic aliqd coexi/
gat tanqꝫ id quod ī ipa ꝑfecta cognitiōe di
uina necessario sufficienter repsentat: tanqꝫ
possibile ab ea depēdere. ⁊ sic creaturę vt pos
sibiles pñt dici coexigi ad ꝑfectiōem cogni/
tiōis diuinę. q: in ꝑfecta cognitiōe diuina
necessario sufficiēter repsentāt. quia quod ꝑ
fecte nouit causam etiam necessario cogno
uit effectū possibilē fieri ab illa causa: vt p/
us fuit argutum. ¶ Ad secundā. ꝙ deus in Ad 2
telligendo eēntiam suā necessario cointelli/
git creaturas tanqꝫ illa quorum sua essen/
tia est sufficiēter productiua: vel nō intelli
geret eā ꝑfecte. ¶ Et ad improbatiōem dici/
tur ꝙ creaturę nō sunt necessarię quantū ad
eē ad ꝑfectiōem cognitionis diuinę: sed bñ
sunt necessarię ī posse eē secūdo mō expresso
in solutiōe ratiōis p̄cedētis. quia impossibi/
le ē ꝙ cognitio diuia sit ꝑfecta respectu sui.
quin simul intelligat suam causalitatē: et
ex ꝯsequenti nisi intelligat creaturas posse
fieri. ¶ Ad terciam. ꝙ vna simplicī noticia Ad 3
cognoscat se ⁊ creaturā. vt dixit secūda cō/
clusio. Et ad improbatiōem. ꝙ qꝫuis diui/
na eēntia sit speculū creaturaꝝ aliquo mō.
tñ nō omino simile ē cū speculo: p quod fit vi
sio apud nos. ⁊ de visione quę fit p eēntiaꝫ.
Nam sibi ipa ē sui plena noticia simplex ⁊
ꝑfectissima: repsentās se p̄maria repsentati
one cū omī sua causalitate. ⁊ secūdario vł p
modū sequelę in ordine ad moduꝫ intelli/
gēdi nrm repsentat omēs effectus: quorum
ē productiua: eo ꝙ si aliquis eorum eēt in/
cognitus: iam diuina eēntia nō esset perfe/
cte cognita: eo ꝙ modū causalitatis sup il/
lum effectum haberet incognitū. ¶ Secus
ē in creaturis ⁊ suo speculo. Ibi em̄ est alia
species qua cognoscitur speculum. ⁊ alia per
quam imago apparens in speculo. et ideo
sunt distinctę cognitiōes. In deo autem rep
sentatiuū p quod ipe et singulę notę sunt cre
aturę: est penitus idem. quia est essentia di/
uina. ¶ Ad quartā. ꝙ sciētia diuina non ē Ad 4
causata a rebus quia ē deus ¶ Scdo ꝙ nec
ē oim quorum ē sciētia causa. quia non ē
causa sui. ¶ Tercio. ꝙ infinitorū est sciētia.
vt possibilium p eam fieri quorū nunqꝫ ali
quod causabit. ¶ Quarto. ꝙ ē scientia oim
ꝓductoꝝ ⁊ producēdoꝝ. vt eoꝝ causa libe/
re producēs cū ꝓducit. Pꝫ. quia nisi cog/
nosceret ⁊ vellet res quas ꝓducit: nō eas p
duceret: cū agat p intellectū ⁊ voluntatem
vt omēs concedunt. Omnia em̄ quęcunqꝫ
voluit fecit: vt dicitur in psalmo. ⁊ si volu/
it: sequit ꝙ nouit. ¶ Ad quintā. ꝙ deus om Ad 5
nes numeros nouit etiam possibiles: capi
endo li omnes distributiue. ⁊ est beati Au
gustini. xij. de ciuitate dei. capitulo. xviij. di/
centis. deum comprehendere omnē speciem

numerorū. Secūdo dicit: q nō nouit om/
nes numeros eē possibiles collectiue. quia
nulli sunt: nec possunt esse omēs numeri si
Nota mul collecti. mō īpossibile nō nouit. ¶ Pro
cuius intellectu est notandū. q ad hoc q
omēs animę simul acceptę quę sunt in hac
domo sint duodecim: requirit q animę in
ista domo existētes sint duodecim. ⁊ q nul
la sit anima huius domus: quin sit aliqua
illarū duodecim. ⁊ ideo si aliqui possent eē
omēs numeri: quos essentia diuina nouit:
tunc nō posset eē aliquis numerus qn esset
aliquis illoꝝ. et ex consequēti nō posset de
us illis productis aliquē alium numeꝝ p
ducere: quod repugnat illuminationi diui
nę maiestatis. ¶ Ex ergo ad formā rationis
dicta. negat ꝯsequētia: cū infert q deus cog
nosceret numeꝝ infinitū. Et ad pbatiōem
ꝯsequentię dicit: q omēs distributiue cog
nitos pōt combinare. q istos duos ⁊ istos
centū. ⁊ sic sine statu. ¶ Sed omēs collecti
ue cognitos nō pōt combinare. quia nulli
sunt omēs sic: vt dictū ē. ⁊ ex hoc nō sequi/
tur numerus infinitus: nec multitudo infi
nita cathegorematice. quia q̄uis quot/
quot vult: possit combinare. tamē tota mul
titudo combinatorū erit finita eo: q̄uis qt
quot vult possit combinare. tamē quia om/
nes sunt in multitudine numerali et suarū
vnitatum finiti: erit totū cōsurgens etiam
finitū. Hoc de tercio articulo. quia ad hanc
materiā fiet regressus in solutionibꝫ ratio
nū: ⁊ ī questionibꝫ secūdi. vtꝝ deus possit fa
cere actu infinitum.

Arti.4. **Quantū ad quar**
tum articulū videndū est: an deus cogno/
scat mala. Et quia sunt aliqua mala pęnę
quę inquantū sunt remediatiua culpę sūt
bona. de quibus nō est dubium: quin ea de
us faciat. iuxta illud. Si erit malum in ci/
uitate quod non fecerit dn̄s Amos tercio
Ideo etiam nō ē dubium quin ea nouit: ⁊
sumit ibi si pro nō. Ideo intelligo articulū
de malo culpę. quod quādoqꝫ capit pro a/
ctu quo anima deformat. sicut esset electio
iniusta. Et quia tale ē quoddā ens. ⁊ ex cō
sequēti quoddā bonū: ideo vt bonitas ē de
us ipm facit ⁊ nouit. sed vt malum est deus
ipsum nō facit: sed a volūtate deficiēte a bo
no. vt dictum ē an̄. deformitatem etiā quę
pura priuatio ē deus nō facit. quia pura p
natio nequit fieri. Unde Johānis primo.
Sine ipo factum ē nihil. exponit Augusti
nus. id ē peccatū. De hoc ergo intelligo ar/
ticulū. Secūdo noto. q q̄uis sciētia dei sit Nota 2
vna in se: tamē vt distinctius eam expme/
re valeamus in ordine ad scita: tripliciter
nominat. nam inquātum est omniū possi/
biliū ⁊ productorū ac producendoꝝ. vocat
scientia simplicis noticię. Inquātū autem
ē omniū pductoꝝ ⁊ producēdorū vocatur
scientia visionis. sed inquantū est noticia
eorum quę approbat. ⁊ ei sunt grata: voca
tur sciētia approbationis. ¶ Quibus pę/ Cōdo 1
missis vident hę ppositiōes simpliciter con
cedēdę. Prima. Deus hmōi mala nequit
facere. Patet. q deus nequit peccare. Itē
nequit deficere. ⁊ facere hmōi mala ē defice/
re. ¶ Scda ppositio. hmōi mala nō habēt Cōdo.2
ideā ppriā: eoꝝ pprie repn̄tatiuā ī deo. ptꝫ.
q idea vt dictū ē i questione pma: ē princi/
palis ratio diuina: ⁊ principalis forma ali
quid faciēdi. et habet ab Augustino libro
lxxxiij. questionū. q. xlvj. Cū itaqꝫ hęc ma/
la deus nō possit facere: nō habēt rōē exem
plarē in deo. ⁊ ex ꝯsequēti nec pprię ipoꝝ re
psentatiuā ideam. quia eadem ē ratio ī deo
rem faciendi ⁊ eā cognoscēdi. ¶ Tercia pro Cōdo.3
positio. Nihilominꝰ deus hmōi mala no/
uit. pmo vel scdo mō: puta scia simplicis no
ticię vel visionis: inq̄tū sunt facta vel faci
enda. Ptꝫ. q alr̄ nō eēt bonus eoꝝ iudex.
q nullus bn̄ iudicat de his quę nescit: sed
vnusquisqꝫ bn̄ de his q̄ nouit. vt habet. iij.
ethicoꝝ. vij. ¶ Scdo. quia dicit ps̄. Deli/
cta quis intelligit: ab occultis meis mūda
me. ps̄. xviij. ¶ Iterum ps̄. Delicta mea a
te nō sunt abscōdita. ¶ Itē q̄ nouit rōem at
tingēdi: etiā nouit rōem deficiēdi. Nō de/
us pfecte nouit rōem ad eū puenīēdi: quę
ē bonitas vel charitas. ergo etiam nouit ra
tionē deuiādi ab ipo: quę est iniquitas. ma
licia vel puersitas. ¶ Forte dicet q quicqd opponit
deus nouit qn̄ fit illud deus causat. sed nō
causat malū. ergo. Maior ē b. Aug. v. de trini
ta. ca. xiij. dicētis. Uniuersas creaturas su/
as: ⁊ spūales ⁊ corpales: nō q sunt idō no
uit. sed ideo sūt q nouit. ergo si deꝰ pctm̄ nouit
qn̄ fit: idō fit q deꝰ ipm nouit. Mior ē ppō
pma huiꝰ articuli. ¶ Confirmat. q ꝯmēta/ Confir.
tor videt velle. xij. metaphysicę. Omis scia
vel ē cā reꝝ vel causata a rebꝫ. ergo si ī deo ē scien
tia pali: cū illa nō sit causata a rebꝫ: ipa erit
causa reꝝ. ⁊ sic deus erit cā peccati vł mali.

2 Scdo querit: quomō deus cognoscat malū
cū nō habeat ideā ppriā in ipo: vt dictum
3 ē i cōclusione scdā. ¶ Tertio quia nō no/
uit impossibile eē. Mō malū culpe nequit
eē cū nō habeat ideam i deo: in quo omia
Ad 1 que pnt eē ideata sunt. ¶ Respondet ad p/
mū. negādo maiorē. Et ad probatōem di/
citur. q auctoritas beati Augustini nō ē ad
ppositū. quia peccatū nō ē creatura. quia in
Ad cōfir. quantū malū nō ē aliquid. ¶ Ad cōfirmati
onē dicit: q illa auctas Cōmētatoris intel
ligit de his q̄ p se cognoscunt: t p modū ha
bitus. nō p modū puatōis: deus aūt pami
Ad 2 noscat puatiue. ¶ Ad scdm de mō. videtur
mihi dicendū: q huiusmodi malū ē solū
in creaturis rationalibus: quia alie creatu
re pp ter defectū liberi arbitrij nequeunt pec
care. ¶ Secūdo q vt malum ē puatio bo
ni: puta rectitudinis vel habitus debiti in/
esse. Cū itaqz puatio cognoscat p habitum
t deus nouit sciētia simplicis noticie habi/
tū: nouit etiam puatōem habitu priuā/
tem. Sed specialius descēdedo dicit tertio.
q deus pfectissime noscendo essentiā suam
nouit distinctissime creaturas rationales
quarum e idea. ¶ Secūdo nouit omēs pfe
ctiones eis possibiles. t tertio ex cōsequenti.
quia noscit quātū p actū bonū pfectibiles
sunt: noscit quantum p electiones opposi/
tas deformantur: t ipas defo: mitates quan
te sunt: quātaqz eis correspondere debet pe
Oppōi na. ¶ Forte dices. tūc omia mortalia cog/
noscerēt equaliter mala: quia omia equalē
grām: quia infinitā sl indifferēter nata sunt p/
Rūdet uare. ¶ Rūdet: q hec materia ptinet ad se/
cūdum libꝝ: nihilominus quantū ē ad p̄/
sens: dicit q nō cognoscat quantitas mali
penes quantitatē gratie: sm quam puare
natum ē: sed magis sm rectitudines actu/
ales quas priuat: que eēnt in electōibus op
positis. vt frangēs ieiuniū preceptū sine ra
tionabili causa: tenet ex obediētia eligere
sic nō facere: nec velle delectari cōtra deum.
t inquantū remotius ab hac rectitudine re
cedit: tāto grauius peccat. Cognoscat autē
deus rectitudines omēs: que voluntati cō/
uenirent ex electionibus oppositis. vnde t
Ad 3 noscat grauitatē deformitatis. ¶ Ad tertiū
dicitur: q sm veritatē strictissime loquēdo
peccatum sicut nō pōt esse ita nō cognosci/
tur sub ratione entis. nouit tamen deus ip
sum sub ratōe priuatōnis habitus t iusti/
tie debitorꝝ inesse t eius quātitatem. Vel si
vis nouit deus peccā vel mala. q: nouit pec/
catorem: q: intelle t remotē defficiat a iustitia
debita i esse. ¶ Quarta cōclusio ē. deus nō no Cōclo 4
uit mala sciā approbatōis. Patz q: repro
bat. Dictum ē cm ō peccatoribꝫ. Nunqꝫ noui
vos Mat. vij. s. noticia approbatōis. De
quātitate peccati penes quid attendat magis
dicet in. ij. libro. Hoc de quarto.

Venio ad solutio

nes rōnū pncipaliū. Ad pmā dico. q q̄uis Ad 1. ro
sciā creaturarꝫ p se sit habit' cōclusiōis. de q̄ ne paū.
locut' ē Linconiēsis. tñ sciā increata non ē
habitus: sz certissima cognitio eēntie diui/
ne actualis t oim aliorꝫ in ea ¶ Ad scdam Ad 2
negat añcedēs. In eo em ē intellectio t cog
nitio. Et ad btm Dionysiū. q solū velit q
in eo nō sint opatōes intellectuales mō cre
aturarꝫ. s. q nō sit in eo compositio. diuisio
discursus: t alia hmōi. sicut i intellectu no
stro. nō tñ intēdit negare eas ēē in deo mō
eminētiori t supiori. ¶ Ad tertiā. q si p intel/ Ad 3
lectū intelligit potētia intellectiua: cōsequē/
tia nō ē bona. quia i deo ē idē intellectus t in/
tellectio q: sciā dei ē ipius intellectus: vt di/
ctū ē. Si aūt p intellectū intelligit cognitio
pncipij vel pncipiorꝫ: etiā nō valet conse
quētia. q: licet i nobis hi habit' sunt distin
cti. tñ in deo sunt eminēter vnica noticia in/
tuitiua diuine essentie. quia omēs has sup
eminēter in se cōtinet cognitiōnes. vt in ter/
cia pte pme questionis dictum ē. ideo pōt
omibus hmōi nomibus nullā impfectōem
includentibꝫ. vt intellectus. sapiā. sciā. ars
diuia t alijs similibꝫ appellari. ¶ Ad quar Ad 4
tā. negat maior: loquēdo de sciētia increata
Phs i posteriorꝫ loquit de sciētia humana
Posset tamē sciā diuina dici vlis. quia ne
cessario ē oim cognoscitiua. sed q: nō ē adē
quate alicui' ppositiōis. iō more Aristotel'
nō vocat illis nomibus. ¶ Ad cōfirmatōem Ad cōfir.
q si cognitio vocat singularis. q: ē de ppositi
ōe singulari: añcedēs ē falsū. Sed si cog
nitio dicit singularis: quia ē intuitiua vni'
cognoscibilis distinctissima t determiatissima
pōt cōcedi q sit singularis cognitio dei. q: ē
respectu diuine eēntie intuitiua vl' supintel
tiua. t cōsequentia nō valet. Ad pbm dicit. q
intelligat q sciā nr̃a nō ē de ppositiōibꝫ singu
laribus tanqꝫ de cōclusione ciata. t illud nō ē
ad presens. ¶ Ad rationes que fiunt con/ Ad 3 i
tra pmā questiū. Ad pmā. q cognitio dei qst.

cognoscit se intuitiue. vel s̄m alios supin/
tuitiue.quia p̄fectissime ꝛ comp̄hēsiue. Et
ad improbatōem dicit̄ q̄ q̄uis i cognoscē/
tibus materialibꝰ nō ē ītuitiua cognitio re
spectu sui. tn̄ i separatis a materia ibi ē intui/
tiua cognitio: maxime respectu sui. sic p̄hs
iij. de aīa dicit. q̄ i intellectu a gēte ē idē sciē/
tia ꝛ sciēs. Et btūs Dionysi⁹ ita vult. vij. de
di. nomi. ¶ Ad auctorē de causis dicit̄ q̄ lo
tas includit difficultates tactas in arguē do: et quibus quia philosophice sunt q̄ ad aliquas est breuiter transeūdū. Et presertim erunt in questione sex articuli. Prim' Sūt.6. erit iuxta illud q̄d tangit in pm̄o 7 secūdo articli h' argumētis. Utrum aīa sit ex materia: et q̄stionis quomō forma dicit esse ex matia? Secū do. an quelibet forma material' possit fieri virtute seminali impssa cū causis supiori bus coagētibus issuxu cōmuni: vel nō? q̄d tangit in tercio argumēto: et q̄d producat formā mixti vel animā? Et tertio vtrū for me elemētares maneāt in mixto: vbi sit' vl debil' d̄ quesito. q̄d tangit in q̄nto argumē to. Et quarto vtrū possit aīa fieri ex ma teria tota simul: vl' necessario successiue iux ta materiā septi argumētī. Quinto de que sito. Et sexto de dubijs habētibus respectū ad quesitū tactis in argumētis motis cir ca ipm.

Quantum ad pri

mū procedo per ppōnes faciles. ¶ Prima Arti.I forma nō dicit esse ex materia q̄si materia Cōdo.I sit pars forme. pz. q2 hoc repugnat natu re materie: vt dēm est q̄ sit actus inhesio nis vl' pars talis forme. q2 quelibet ps ta lis forme inheret. ¶ Correlariū. alit fit for Corre. ma ex materia: 7 aliter pposituū. pz. q2 cō positū fit ex materia vel ex corpe: eo q̄ cor pus siue materia fit ps cōpositi: 7 nō sic ē de forma 7 materia. ¶ Scda pclō. forma Cōclō 2. nō fit ex materia tanq̄ ex opposito. pz. q2 materia nō opponit forme: s3 pficit per eā: 7 sustinet eam passiue. ¶ Si dicat. fit ex p obiectio uatōne tanq̄ ex opposito: 7 illa est matia igit rc. Rñdeat. negādo pn̄am. q2 phs per Solo maiorē intelligit q̄ fit ex sbiecto inq̄tū h̄ p us forma caruit: 7 q̄ carētia forme 7 ei' exi stentia sunt termini oppositi vel includūt conceptus oppositos. Et verū est q̄ illud sb iectū pus carēs forma est materia. rm̄ rati ones materie 7 forme nō sunt opposite: li cet puationis ratio opponat rōni forme. vt licet sit idem paries 7 non album. et al bū dicit fieri ex nō albo tanq̄ ex opposito. tamē nō fit ex pariete tāq̄ ex opposito. q2 hec oppositio nō est inter res ad extra: sed inter pceptus exprimētes res ad extra inq̄n tum sunt pncipia transmutationū: 7 in il

lis conceptibꝫ conceptus habitus ꝛ priua tionis dicunt̄ oppositi. sed concept' mate rie ꝛ habitus nō habent oppositōez. Iux ta quē modum dictū est ꝙ naturalis trās/ mutatōnis sunt tria pncipia intrinseca .i. tres generales modi pncipiandi rem. pri uatio que est carētia forme: in sbiecto na/ to eam recipe. ꝛ ratio sbiecti qꝺ formā reci pit. ꝛ ratio forme informātis. Nō ꝙ rei q est trāsmutatio hec oīa sint pncipia. qa vt credo nullū eoꝝ est eius pncipiū intri secū: vt post forsitan dicet̄. Sed ꝙ ꝯcept' horum triū modorū pncipiandi includit̄ in cōcipiendo transmutatiōem naturalē. hoc enī est concipere formā fieri in sbiecto in quo ante nō fuit: ꝛ in hoc oēs dicti mo di pncipiandi sunt inclusi. ¶ Tertia ꝯclu

Cōclō 3 sio. forma nō fit iđo ex sbiecto vt materia quia aliquid esse reale ante habuit i ma/ teria. probat̄ sic. quia tale esse reale vel ēēt materia: vel accidens: vl' aliqꝺ esse forme incompletū. siue illud vocet̄ priuatio for/ me generādę: vel potētia ad eam: vel quo cunqꝫ alio nomine. nullo modoꝝ pōt dici ergo ꝯclusio vera. ꝯña tenet. maior pꝫ suf ficiēti diuisiōe. ē eī accñs vl' sbarū est sbstā tia. est materia vel forma. Sꝫ minor decla rat̄ ꝑ singula. pmo: non pōt dici ꝙ tale esse sit materia. qꝛ vt dictū est in pma ꝯclusio ne: materia nō fit pars forme: nec pōt esse. ergo illa nō est reale esse forme generandę. Itē materia nō est in seipa. Eodez mō ne quit dici ꝙ sit accidēs. qꝛ accidens nō est aliqꝺ esse forme sbstantialis: cū nō possit esse formalis: nec aliqđ eius intrinsecum. Nec potest dici ꝙ sit aliqđ forme. quia vl' esset eiusdē rōnis cum parte forme que ge nerat̄. et sic nō posset esse ratio quare plus vnū coꝝ preest qꝫ aliud. Item si manet cū forma genita: erit ipa gradualis. qꝛ ex pri bus pluribꝫ eiusdē rōnis simt̄ existentibꝰ i materia. ꝛ si nō manet: erit preterum a pte ante: ꝛ tamē desinit a pte post forma intro ducta. Item tertio. qa tanta est difficultas de parte que producit̄: sicut erat vel estꝫ de tota forma. Si dicit̄ ꝙ est alterius rōnis: et tamē pars vl' aliquid qꝺ erit forme: tūc forma erit cōposita post gñatōem ex par/ tibꝫ diuersaꝝ rationū: ꝛ tunc minus nobi lis sufficiet ꝑ materia: ꝛ magis nobilis ꝑ pro forma: ꝛ ꝯsequēter superflueret materia

Core pma. quia oīa saluari possūt sine ea. qꝺ est absurdū. ¶ Corllariū. Forma añ gene ratione nullū esse habuit in materia: sequit̄ ex cōclusiōe. qꝛ si haberet: tunc diceret fieri ex materia ppter illud esse. ¶ Et si dicatur obiectio materia est in potētia ad formā etiā añ ge neratōem. ergo esse potētiale est in materia: respectu forme etiā anteqꝫ generat̄. ¶ Se/ 2 cūdo. qꝛ ante gñatōem hec ē vera. forma potest esse in materia. ꝛ sequit̄. ḡ est ens in potētia in materia. ꝛ vltra. ergo potētiale esse ad formā pcedit formā in materia. ¶ Et 3 tertio. nunqđ alr generatio forme esset vi/ olenta. quia fieret ab agente extrinseco nō cōferente vim passo. ¶ Ad hec rñdetur fa cile. ¶ Ad pma ꝙ materia per suā essentiaꝫ Ad 1 est in potentia ad recipiendā formā nō ꝑ aliquod esse superadditū. vnde neganda est cōsequētia que ibi format̄. ante gñatio nem materia est in potentia ad formā. er/ go potentiale esse pcedit. ꝛc. ¶ Ad scđaꝫ: ꝙ Ad 2 forma habet esse potētiale in materia: rati one ampliationis. scꝫ qꝛ pōt in materia ꝑ duci: nō quia aliqꝺ esse habet in materia. ¶ Ad tertiā ꝙ ad motum vel mutatiōneꝫ Ad 3 esse naturalē sufficit passum cōferre vim ꝛ habere naturalē tendentiā ad formā que producit̄. Et iđo quia materia habet ap/ petitum et tendentiā passiuā ad formam generandā. generatio est mutatio natura lis. ¶ Quarta ꝯclusio. Nec forma eo solo Cōclō 4 fit ex materia: qꝛ fit i materia ꝛ habꝫ ope/ ratōnes suas comunes cum materia. patꝫ. quia ita est de aīa intellectiua ꝙ fit in ma teria ꝛ habet opatōnes suas cōmunes cū materia: vt docet experientia: ꝛ tamē non est ex materia. sed creata iuxta dcm̄ Augu. li bro diuersaꝝ questionū ad Orosium di/ centis. sicut aīa pmi homīs ex nihilo fa cta est a domino ita omniū hominū aīme quotidie ab ipo creant̄. ¶ Quinta conclu/ Cōclō 5 sio. omīs forma materialis educta iđo di cit̄ esse ex materia: quia de potētia materię ꝑsupponente virtutem agentis producit̄: siue immediate: vt fortassis qualitates ꝑ me que pro sui pductōe ñ ꝑsupponūt alī/ as in materia. Nisi velles dicere ꝙ species tangibiliū spūales pcedunt eaꝝ generati/ onē. de quo nō plus ad pñs. quod si ita sit: tunc ille spēs immediate producunt̄ de potentia materię vt spēs caliditatis de ma/ teria: ꝛ mediante illa caliditas. qꝺ fortas/ se nō oportet. siue mediate: vt qlitates secū/ de mixte. vt calores sapores ꝛ odores et for/ me sbales q de materia pducunt̄ mediate

Cōclo 6 diante p̄x̄ dispositōne agētis. ¶ Sexta cō
clusio. ois anīa bruti est ex materia. pbat
sic. q2 anīa bruti gn̄at ⁊ nō creat. igit. añce
dens pbat sic. q2 ita est de anīa bruti sic de
alijs formis gn̄abiliū. s3 alie forme gn̄abi
liū gn̄ant ⁊ nō creant. igit. p3 maior. quia
ita anīa bruti cū corpe nāsāt debito dispo
sito: ⁊ dispositōe debita deficiēte realr mori
tur: siue desinit esse sic ⁊ alie forme gn̄abili
correla. um. minor est 9clusio p̄cedēs. ¶ Correlari
um. anīa bruti est extēsa extēsione corporis.
et multiplicata mltiplicatōe indiuiduoꝝ
p3. q2 he sunt 9ditōnes forme corporee.
Hec de p̄mo arti. s. quomodo forma fit ex
materia.

Quantuz ad secū
dum articl'm. Utrū q̄libet forma materiat
Arti. 2 possit fieri virtute seminali impssa cū cau
Notā 1 sis supioribꝰ coagētibꝰ in fluxu cōi. ¶ Pri
mo p̄mitto ꝙ formā materialem voco for
mā eductā de potētia materie. Uirtutez se
minalē voco dispositōem materie itrodu
ctā siue a celo siue aliūde qua hec forma i
mediate educit 9currentibꝰ agētibꝰ supio
ribꝰ. Influxum cōem voco dispositōes vl
dispositōem quas vel quā facit celū totū:
cum oībꝰ suis ptibꝰ in hec inferiora pro
Notā 2 gn̄ationibꝰ indiuiduoꝝ. ¶ Scd̄o est notā
dū: ꝙ vtꝝ hec virtus seminal sufficiat edu
cere formā p̄ōt intelligi dupliciter vno mo
do vtꝝ sufficiēter introducta possit educe
re formā. alio mō vtrū pro gn̄atiōe forme
possit ab agētibꝰ vniūsalibꝰ sufficiēter in
Dubiū troduci. ¶ Et dubitat rōnabiliter: vtrū de
us in p̄ncipio pduxerit formas mediante
virtute seminali. s. dispositōe materie p̄e
uia. ⁊ si sic. vtrū sbito vel successiue itrodu
cta. ⁊ vtrū gn̄atōe indiuidui in esse sue spe
ciei pfecto. vl' potius sb esse sue speciei im
perfecto naturaliter p cedente ad vlterius
Notā 3. incrementū. ¶ Tertio est notandū: ꝙ du
plicia sunt naturalia. q2 q̄dam sunt imper
fecta sic ꝙ sine ppagatōne seminis possūt
generari: sic vermes ⁊ alia aīalia gīta ex
putrefactiōe. Alia sūt sic pfecta: ꝙ sine pro
pagatōne seminis parentū ⁊ illiꝰ puta re
ceptōne ⁊ debita 9seruatōe ⁊ ppatatōne p
matrē fieri nō pn̄t. sic hec phus ponit in li
bro de gn̄atōe aīaliū. ¶ Quibꝰ p̄missis ni
hil temere asserē do ponunt ppōnes pba
Cōclo. 1 biles. ¶ Prima est hec. sp̄ virtutes seminales
eo mō quo h̄ ordine nature institutū ē cū
causis supioribꝰ sufficiūt educere formaz
sbalem. p3. q2 al's auctor nature nō suffi
cienter instituisset. ¶ Scd̄a 9clio. eductio Cōclo. 2
formaꝝ aīaliū naturaliū vegetantiuz et
mixtoꝝ in p̄ma sui pductōe: fuit s̄m sta
tū eoꝝ in esse pfecto. p3. q2 imediate a deo
dei aūt pfecta sunt opa Deut. xxxij. Secū
do. q2 Geñ. p̄mo dr. ꝙ pduxit terra herbā
virentē ⁊ lignū faciēs fructū. g̃ vegetabilia
pducta sūt cū fructu. ⁊ ex 9ñti in esse perfe
cto. ⁊ nō minꝰ vidr h̄ ita esse factū de sensi
bilibꝰ. Itē holem pduxit in statu nature
pfecto. vic3 sic ꝙ iam erat plenꝰ sciā ⁊ sapiē
tia. vt post dicet. g̃ eadē rōe ⁊ alia anima
lia. ¶ Tertia 9clusio. hec pductio aīaliū Cōclo 3
et vegetabiliū fuit supnatural'. p3. q2 na
tura nihil pducit i esse pfecto. s3 pcedit de
impfecto ad pfectū. vt de puero in virum.
de floribꝰ ad fructus: ⁊ de imaturo ad ma
turū. ergo cū hec oīa fuerāt pducta in es
se pfecto. p3: ꝙ eoꝝ pductio fuit p̄ter cur
sum nature ⁊ supnaturalis. ¶ Quarta cō Cōclo 4
clusio. nō est certū vtrū imediate forme vi
uētiū sint educte p virtutes disponētes ma
teriā: an sine medio a deo. p3. q2 certū ē ꝙ
sine medio ⁊ in instāti nec simul introducte ie
singuloꝝ corpibꝰ sue forme ⁊ dispositiōes
ad opa eoꝝ cōuenictes. potuit g̃ esse: vt p
us natura essent dispositōes q̄lificatiue ⁊
deus imediate p eas formas sbales educe
ret. Itē posset esse ꝙ deꝰ immediate eas de
terra formaret sine coactōe causaꝝ scd̄arū
quō fecerit ip̄e nouit q̄ fecit. ¶ S3 q̄d vidr Dul ijre
cōgruētius: videt mihi ꝙ imediate deus spōsum
vtrūq3 pduxerit formā ⁊ dispositiōem sibi
conuenientē ⁊ nō vnū p aliud. nā ita pro
duxit alias creaturas immediate p seip3.
Et mouet me. q2 actio ip̄aꝝ qualitatū na
turali sequit nō solū actōem p̄mi mobilis
sed etiā solis ⁊ astroꝝ que in pductiōe ve
getabiliū nondū erāt pducta: cū pducta
sint die q̄rto. ⁊ vegetabilia ex terra die ter
tia. ¶ forte dicet ꝙ tūc alioꝝ viuētiū forme
erant create. ¶ Dr ꝙ nō. q2 erant educte de po obiectū
tētia marie deo supplēte vicē q̄litatū edu Solō
ctiuaꝝ ⁊ illas q̄litates sil' pducēte. ¶ Qui Cōclo 5.
ta 9clo. s̄m 9suetū ⁊ solitū nate cursū n̄ suf
ficit celū suis virtutibꝰ q̄s i fluit ad singloꝝ
aīaliū gn̄atōez imediate. p3 de pfectis aīali
bꝰ q̄ s̄m natalē rōnē ⁊ phm in li. de gn̄atōe
aīaliū nō pn̄t fieri nisi 9iūctōe maris ⁊ fēie
¶ Sexta 9clio. ad oīm aīalium gn̄at[illegible] Cōclo 6
ex putrefactōe celū cū agētibus [illegible]

suis virtutibus seminalibus sufficit generati onē. prz. quia ideo dicunt ex putrefactōne
Cōclo 7 gñabilia ¶ Septima 9clusi o. q in gñati one aialiū siue ex propagatōe seminis si ue etiā ex putrefactōne pncipale pducens est celū: ⁊ adhuc pncipalius deus. pbat sic qd dirigit qlitates disponētes ad educen dam formā est pncipale educens formā: sic qui secat per securim pncipalis est cā secti onis. modo celū est hmōi. igit. maior ē no ta. ⁊ minor patz ex dictis in pcedenti qsti one. qz deus dirigit celum vt influat: et cū eo influentias vt alterent: ⁊ cū ipis dirigit qualitates aptas formę vt formā educat et ergo deus pncipalius facit: qz vt 9gno scens finem: ⁊ a pncipio vsqz ad eum atti gens prout illi congruunt omia disponit: ce lum aūt post deum. qz cum eius sit princi
Confir. pale ad hec instrumentū. secundario agit ¶ Confirmat qz in gñatōne bouis vel pat pncipaliter educat formā cū qualitatibus et hoc nō. qz liane stat q mortuus sit ante aniē introductōez que diu sit post cōmixt tione seminū. vel mater ⁊ hoc nō. qz forte et verisimili nō habet se actiue in pductio ne formę. q̄uis bene habeat se conseruatiue fetus ⁊ seminū: ne alterent disconuenienter ab elemētis: alis mater sine semine patris posset in generatōem. qd nō est verz. vel q̄ lificatiue dispositiones per se. ⁊ hoc nō. qa nō sunt eque nobiles sicut forma que edu citur. ergo opzet q educens pncipale sit ce lum qd influit ⁊ dirigit ad formā directu a deo: ⁊ pncipalissime deus oia puidēs ⁊ ad fi nē p media debite disponēs. ¶ Cor. nō op
Corre. 1 tet: pro. generatōe rex inferioz ponere da torē formaz distinctū 9tra deū. prz. quia cum hec eductio sit corporea: ⁊ formę exten se reducat nō immediate in indiuisibile: sz in celum quod est causa corpoz ⁊ mediā te eo in pmū motorē. scz deū. Et ergo nō est necessitas ponendi aliquā intelligenti am applicataz mūdo corporeo vt educat
Corre. 2 formas. q̄uis hoc Auicēna videatur dice re. ¶ Scdm correlariuz. nec oportet pro edu ctione huius formę ponere ideā vniuersa lem distinctā 9tra deum: vt exemplar et ra tio educēdi platonis mō. prz. qz omia ta lia seruari possunt per deum in quo omni um sunt idee. vt dictū est pmo articulo pri mę qstionis pmi libri. Hoc de. ij. ar.

Arti. 3. Quantū ad terti um articulū. Utrū formę elemētares ma neant in mixto? Et de supposito questiōis est sciendū. q de hoc sunt tres opiones om nes pbabiles. ¶ Prima est cōmentatoris
Opio 1. iij. de celo ⁊ mundo ponētis q maneant in mixto sb esse remisso. ponit eni formas sb stantiales elementoz quasi esse medias in ter sbstātias pfectas ⁊ formas graduales dicendo q cū sbstantialibus formis conue niāt in hoc q dant esse specificū: ⁊ cuz gra dualibus in hoc q in sua essentia possunt i tendi ⁊ remitti. Phm aūt dicentē q sbstā tia nō suscipit magis nec minus: dicit hu itelligere de sbstātijs pfectis quales nō sūt
Opio 2. formę elemētoz. ¶ Scda est Auicenne et multorum alioz ponentiū q maneant in mixto in esse pfecto. sicut hec recitaui in q stionibus de generatōe legens phiaz. ¶ Ter
Opio 3. tia est cōmunis modernoz: q formę sbstā tiales elemētoz nō suscipiunt magis ne qz minus nec manent in mixto in actu: sed q materię eoz manent cū qualitatibus cō similibus vel in specie vel in virtute cū qua litatibus elementoz. ⁊ sic elemēta manent i potentia. quia virtute suarū qualitatum manent. Et hanc opinionē magis repu to probabilem: sicut etiā in dictis questio nibus apparet. ¶ Secūdo est notandū:
Nota 2 q omes animę brutoz ⁊ plantarū sunt ex tense extensione corporis. hoc fuit correla riū septę 9clusionis pmi articuli. ⁊ probat sic. quia ita est ad experiētiā in animalibus entomis: vbi partes contra inuicē diuisę seorsum viuunt. Item in plantis vbi vir tus radicū est in ramis: sic q rami abscisi viuunt ⁊ nouas generāt radices: ⁊ in radi cibus est virtus trunci ⁊ foliorum. vnde ab sciso trunco nouos faciunt ramos. quare ergo nō in alijs sic esset? ¶ Et confirmatur
Confir. quia omes tales animę sunt educte. for ma autem que educit de pōtentia sbiecti: ipi sbiecto coextenditur. quia nō posset di ci quare potius esset in vno situ q̄ in alio.
Nota 3 ¶ Tertio est notandum. q anima esse cō positam ex elementis potest intelligi du pli'r. ¶ Uno mō sic q sit ex elemētis actualiter exn̄tibus in aīato ḡ qz potētia aīa ē educta ¶ Scdo mō q sit educta de materia elemēto rū qruor vl' i actu 9currētiū: vel in virtute
Cōclo 1 in gñatōe aial. ¶ Quibus pmissis ē pma p positio hec cum tertia opinione. q formę sbales elementoz nō manent in mixto. p batur sic. quia si manerent: vel manerent

simul adeq̃te in eadem parte materie mix/
ti: vel nõ. Si sic. tũc possibile esset eandez
materiã simul informari plib᷒ formis spe/
cificis: nullã viã ab inuicẽ habentib᷒. s. q̃t
tuor formis elemẽtoꝝ. sb̃trahat̃ igit̃ aĩma
erit vnum ꝛ idem ſm sitũ ignis aer aqua
et terra. vel saltẽ q̃ttuor indiuiduoꝝ sb̃stã
tialiũ adequate erit eadẽ materia. Si di
pbat̃ꝛ cis ꝙ nõ. g nõ quelibet ps mixti esset mixta
¶ Scd̃o. q2 expiẽtia docet ꝙ materia ligni
nõ recipit formã ignis vel aliã sb̃alez: nisi
dimittat formã ligni. ꝛ ita in oĩb᷒ videt̃
ergo q̃diu habet materia vnã formã non
accipit aliã. ꝛ ergo nisi amittat formã ele/
obiectio mentoꝝ: nõ accipiet formã mixti. et hocẽ
propositum. ¶ Et si dicat̃. quid in genera/
tõne lapidis corrũpat formã terre: cũ pos/
sit stare terra sb̃ maiore densitate frigidita
Sol'o te ꝛ siccitate q̃z est in lapide. ¶ Dicat̃ ꝙ celũ
cum ꝓportione qualificatiua cõueniẽti
forme sb̃ qua nõ põt manere alia forma
sb̃stantialis. Et ergo dõm est ꝙ hoc non
est ex parte alicuius qualitatis pn̄te. sꝫ rõ/
ne cõplexionis qualificatiue ad quã seq̃t̃
illa spẽs lapidis. Illa eñ ordine nat̃e pri/
us corrũpit formas elemẽtares: quib᷒ alia
cõplexio sicut alia speciei cõuenit. ꝛ ista dis
Cõcl'o 2. cõuenit. ¶ Scd̃a ꝯclusio est. ꝙ forme ele/
mentoꝝ manẽt virtualiter siue põtẽtialit̃ ĩ
mixto. patet. quia sue qualitates vt calidi
tas ꝛ frigiditas: grauitas ꝛ leuitas manẽt
ꝑut videt̃ docere sensus tactus. he aũt sũt
virtutes elementoꝝ pro quib᷒ etiã ꝛ per q̃s
possunt in resolutõne mixti similia elemẽ
ta ꝑoꝛib᷒ gñari. ¶ Correlariũ nõ est neces/
Corre. 1. se ad cuiuslibet mixti gñatõem concurrere
actualiter q̃ttuor elemẽta. pꝫ. q2 cũ q̃ solũ ma/
nẽt sue ṽtutes: sufficit concursus vni᷒ vl' du
orũ in actu: cuius dispositõne in calido et
humido dicũt̃ alia cõcurrere: vt in gñatio
ne vermis ex putrefactõe nõ requirit̃ actu
alis cõcursus ignis. nõ eñ videt̃ ꝙ tantus
calor sit in verme q̃ntus requirit̃ ad edu/
ctionẽ forme ignis. ¶ Tertia cõclusio. ani/
Cõcl'o 3 ma bruti nõ fit ex elementis actu remanẽ
tib᷒ formalit̃ cum aĩa producta. pꝫ ꝑ cõ/
clusionem pmã. ¶ Quarta ꝯclusio. ꝙ ipsa
Cõcl'o 4 fit ex elementis potentialit̃ ad eius genera
tionẽ cõcurrentib᷒. pꝫ. quia fit ex materia
disposita qualitatib᷒ quattuor elemento/
rũ. ꝛ in illa dispositione dicunt̃ concurrere
quattuor elementa quib᷒ ille qualitates
primo debentur. scilꝫ ignis in concursu cali
ditatis. ꝛ ita in aliis. quia singule quattu
or qualitatum primaꝝ singulis elementis
primo debent̃. vt hec tractantur pho. ij. de
gñatõe. Hoc de. iij. ar.

Quantũ ad quar/
tũ articu. videndũ est. Utrum aĩa posit Arti. 4
fieri ex materia tota simul: vel necessario
successiue: sicut ignis successiue fit ex ligno
¶ De quo probabiliter etiam proceden/ Cõcl'o. 1
do est pma conclusio hec. Cor vel ei pro/
portionabile pus viuit in animali q̃z cete
ra membra. hec conclusio pmo mãifesta ẽ
ad expientiã. extracto eñ corde cygni visũ
est ipm moueri motibus cõtrariis. s. saltatio/
tionis ad aliquod notabile tempus: cuꝫ
iam corpus erat mortuũ. ¶ Itẽ hec ẽ phi/ pꝫ 2.
losophi in libro de generatõne aĩalium.
¶ Et tertio patet. quia cor est aliis mẽbris pꝫ 3.
causa vite in suo influxu. ꝛ ergo rõnabilit̃
pus viuit ceteris membris. Et eadem ra/
tione ita etiã vltimo morit̃. Item quia est
omnib᷒ aliis causa naturalis caloris ꝛ nu
tritionis. Unde in cõmuni morte mẽbra
a capite p lus distantia citius moriuntur
talẽ aũt tardius supal a corrũpẽte. ¶ Sed obiectio
forte dicet̃. cor est pfectissimũ inter mẽbra
animalis. ergo vltimo producetur. pbat̃
consequentia per phm. vij. meth. ꝛ quar
to de celo volentem ꝙ posteriora via gene
rationis sunt pora via perfectõnis. Respõ
detur cõcedendo añcedens. ꝛ negãdo cõ
seq̃ntiã. ꝛ ad phm ꝙ loquit̃ respectu eius d̃
scꝫ ꝙ idem indiduũ vel membrũ q̃diu est
in statu gñatõnis pfectius est qñ est sb̃ sta
tu posteriori q̃z qñ est sb̃ statu pori. vt ani/
mal pfecti᷒ ẽ cũ sentit q̃z qñ solũ se nutrit:
et adhuc pfecti᷒ ẽ qñ se sufficit mouere cõ
trariis motib᷒ q̃z qñ solũ sentit. Et ita cor
durãte statu gñatõnis fit in se ꝯtinue ma
gis pfectũ. nõ aũt oportet ꝙ int̃ mẽbra illud
qd̃ posteri᷒ gñat̃ sit nobili᷒ q2 hꝫ est effectus
pus genitoꝝ. ¶ Corr̃. seq̃t̃ ꝙ loq̃ndo de tota
li gñatõe aĩal' in esse pfecto: ipa ẽ successiua: Corre.
sil' d̃ totali corruptõe. pꝫ. q2 cor pmo viuit
et vltio morit̃. qd̃ necessario ẽ cu successio
ne. ¶ Scd̃a ꝯclo pbabile ẽ ꝙ cor: i gñatõe
aĩal' gñet̃ totũ sil'. pbat̃ sic. si maṫia cordis Cõcl'o. 2
posset sufficiẽt̃ eẽ disposita tota sil': tũc cor
possꝫ gñari totũ sil'. sꝫ maṫia cordis põt tota
sil' eẽ disposita. igitur. tenet ꝯña ꝛ patꝫ ma
ior. quia cũ actus actiuoꝝ sint in patiente

dispositio: nō videt quare materia sufficiē/ter preparata forma nō introduceret. Et minor declarat sic. quia probabile est semē paternū quod sm phum habet se per modū artificis. materiā cordis circūcirca in se recipere: et tunc stat q uniformiter disponatur pro gñatione anime siue cordis: eo q supposito q in extremis fiat fortior actio quantū est de se. tñ quia in medio ꝯcurrit actio et unitur: adequat extremis. Ut si ꝗs duas latitudines uniformiter difformes equales et eiusdem spēi sic cōtingeret q intensissimū unius esset cum remississimo alterius et econtra: totū fieret uniforme. Sic in pposito. pone q semē ē in latere dextro matris volens agere ad gñatōem cordis. et agat sic q in parte tertia pfunditatis illius materie que est ei ppinquior agat ut tria: et in media tertia actione ut duo. et in ultima tertia pfunditatis scilicet que ab ipo plus distat actione ut unum. Et tunc ecōtrario: semen quod est in latere sinistro eius d cordis formādi agat eque fortiē ecōtrario scz prope se ut tria: et i medio ut duo et in tertia a se magis distante actione ut unum: manifestum est q p totuz est actio ut quattuor. et sic uniformis. et ex ꝯñti stat q materia forme cordis introductione sit uniformiter disposita. quod erat probandū. Hoc de qrto ar.

Quantum ad quin

Arti. v tum articulū restat videre de quesito. videlicet. Utruz partes anie integrales sint spēalissime similes essentialiter? Cū eī anime in aliis ab homine sint extense extensione corporis. ut dictū est: questio est. utrū pars anime equi que est in cerebro sit spēcialissime similis parti integrali eiusdē aīe que est in corde vel in oculo: sicut due albedines eiusdem lactis extra inuicē existentes sunt oīmode essentialr similes. ¶ Pro

Notā i quo pmo premitto q forme extense diuersaꝝ specieꝝ nequeunt facere unū essentialiter inter se. patet. qz ex quo sunt diuersaꝝ spēꝝum semp earū ultima differunt specie ut forma partis virge aride et forma partis viue. ꝗuis cōtinua sint in gñe ꝗntitatis tñ nō sunt una forma: sicut nō est unuz et idem simul et semel viuū et mortuū. ¶ Secundo ut videt valde clare. qz due spēs rerum in actu formali distinctaꝝ nō faciunt unū in numero. mō oēs forme extēse diuersaꝝ specieꝝ essentialiū dant duo ēe specifica. ergo nō dant unū esse indiuiduale maior patet. qz quo mō idem esset simul et semel duarū spērum vel ex duabꝰ specibꝰ actualibꝰ integratū. et minor similr. unde quātūcunqz lignū uniret lapidi: tñ nunqz esset idem in numero lignū et lapis. qz cuz lapis differat specie a ligno: si hoc est lapis specie differt a ligno: et est lignū. ergo specie differt a seipo. similiter posset induci in oībus consilibꝰ. ¶ Scđo suppono q oē unū

est vere unū. apparet. qz est vere ens. ꝗ vere unū. iiij. meth. ens et unum conuertunt. Itē est hevnū in sua specie. quia est unū individuuz illius spēi. ¶ Tertio suppono q Notā ii

quicquid est unū in sbstantiis ꝯpositū est unū ab unitate sue forme sbalis. ptz quia sicut forma dat esse actu et cōstituit rem in sua specie: ita dat esse unū. Itē si aliqd ad imaginatōem haberet duas formas ultimatas in genere sbstantie: ipz nō eēt unū quia esset duo indiuidua. qz quelibet suarū formaꝝ daret ei esse actu. Itē quare plꝰ ab una denoiaretur qz ab alia. ¶ His pre Notā iii

missis est ꝯclusio respōsalis hec. oēs partes eiusdē anime extense asini vel equi vel Cōclō responsalis

alterius viui sunt essentialiter spēalissime similes probat sic. omnes partes que faciunt unā formā totalem in specie specialissima essentiali: sunt specialissime essentialr similes. Sed oēs ptes eiusdē anie integrales faciunt unā formā totalē. igit omnes sunt similes. ꝯña nota est. et maior patet per suppositōem pmā. minor ptz deducendo in uno: ut in equo. cuz eī equus sit vere unū: per suppōnem scđaz: oportz q totalis forma equi sit una: per tertiā. et hoc est ppositū. Eodē mō pōt declarari d cuiuscūqz alterius anime extēse ptibꝰ. ¶ Secūdo pbat ꝯclō. qz nisi sic: in asino essent tot aialia spē dīsa qt sūt i eo mēbra diuersorum noīm. falsitas vī cōit ꝯcessa. et ꝯña tenet. qz oclꝰ eēt unū aīal. qz eēt sba aiata sensitiua total: eo q lz oclꝰ ꝯtinuaret aliis membris: tñ ñ faceret cū eis unū: eo differret forma sua spē a forma carnis. et sic eēt eēntialr totū. et totalr sba. sic ps vge viua ē totalr sba: lz ꝯtin uel pti mortue cū q ñ fac unū pbat. i

¶ Tertio pbat ꝯclō sic. qz si oīm mēbrorū eq forme sbales sint inf se distīcte: et tamē omnes ille sunt una anima equi: quero a re. qua unione? utrum essentiali. et hoc non. quia non sunt eiusdem essentie: vel pbat. 3.

continua solū in genere quātitatis. ⁊ sic nō sunt vnū: nisi sicut virga arida cū virga viua: que nō sunt vnum. vl' vnitate colligātie. ⁊ sic nō erit equus vnus: nisi sicut arca vel domus per colligantiā est vna. et ergo nō erit equus vnus essentialr. sicut essꝫ color vnus ex omnibꝰ: si in pariete continuo hic esset albꝰ: hic rubeus: ⁊ hic niger. put ē notū.
Corre. 1. ¶ Correlariū. q; que similes sunt. anima partial' oculi ⁊ aīa partial' cordis in equo: sicut due partes anie cordis eiusdeꝫ. patꝫ ex ꝯdōne. qꝛ sunt spēalissime similes
Corre. 2 ¶ Secūm correlariū. oīa noīa organorū siue mēbrorū: sicut caput: pes. ⁊c. sūt cōnotatiua officij ad qd̄ est membrū deputatū vel figure qua figuratus est. ptꝫ. qꝛ vel cōnotant: ⁊ habet ꝓpositum. vel nō cōnotāt et si sic: tunc vbicūqꝫ esset talis aīa: sic est in pede. hoc esset pes. sicut vbicūqꝫ est talis qualem dat esse equū: ibi est equꝰ. modo in corde est talis aīa: ꝑ p̄cedens correlarium: immo in toto equo. ergo esset pes vl' equus pes. qd̄ nō habet apparētiā.
Corre. 3 ¶ Tertium correlariū. nullū nomē mēbri est in p̄dicamēto sb̄e. patꝫ per p̄cedēs. qꝛ sunt termini cōnotatiui.
Corre. 4 ¶ Quartū correlariuꝫ. si pars anie ossis equi ꝑ potentiā dei mutaretur ad organū oculi. ⁊ aīa organi oculi in os: ita bene videret equꝰ post sicut āte. pꝫ. ex quo forme sunt oīno de similes essentialiter. quicqd vna facit eodē instrumēto: h̄ alia equalis si essꝫ illo instrumento equaliter faceret.
Corre. 5 ¶ Quintū correla. q; pes non videt vel os. h̄ nō est ex impotētia anime: sꝫ ex defectu organi ⁊ dispōsitōis organice
6 ¶ Sextū. aliq̄ duo sunt vnius spēi: quorū vnū pōt in aliquā opatōem. ⁊ aliud non pt in illā: nec in silem sine miraculo. pꝫ de oculo ⁊ osse eiusdē aīalis.
7 ¶ Septimū correlariū. nō potēs sentire ꝑ naturā: ⁊ potēs sentire sunt spēalissime silia. ptꝫ de eisdem. os em̄ ẜm naturā nō pōt sentire: ⁊ oculus pōt: ⁊ tn̄ simillima sūt in spē. Hoc d̄. v. ar.

Atri. 6 **Quantum ad sex**tum articulū. s. quo ad dubia tacta in arguendo ꝯtra q̄situm ante oppositū: est p̄mū dubiū tale. Utrꝫ aīa ossis sit insensitiua? qd̄ tangit in p̄mo argumēto ꝯ q̄situ. Et vid: q; sic. qꝛ nō pōt sentire: cū os sentire nō possit. Oppositū vid̄. qꝛ si iuxta dc̄a oēs ptes sūt vniꝰ spēi: tūc si vna est sensitiua
Solo etiā talis erit alia. ¶ R. hic. q; insensitiū pōtest dicere illud qd̄ iuxta legē ordinatam dei nō pōt sentire. ⁊ sic aīa ossis est insensitiua. ⁊ sic nō est insensitiuū de p̄dicamento sb̄e: sꝫ ꝓuatiue de p̄nto passionis: sicut posse sentire positiue est de eodeꝫ. ¶ Alio modo dicit insensitiū essentialr. qꝛ in essentia 2
sua nō est natū cognoscere cū sensu: negatiue exponēdo: vel affirmatiue: seu per positionem exponēdo qꝛ est forma q̄ ẜm suā spēm nō est nata sentire: sicut forma plante vel inaīati. Et sic debet dici q; forma ossis est sensitiua: ⁊ ꝯp̄hendit sb̄ sensitiuo in p̄nto sb̄stātie. qꝛ sic sensitiū est differentia sbālis. put em̄ in sexto correlario dictū ē n̄ ē incōueniēs q; aliqd possit in vnā opationē in quā nō pōt aliud iuxta ordineꝫ nature: ⁊ tn̄ sunt res eiusdē spēi spēalissime essentialis. qꝛ illa diuersitas ꝯtingit ex defectu organi. ⁊ nō ex dissimilitudine nature. vt dixit quintū correlariū. ¶ Ad rōneꝫ in ꝯriū dicat q; de potētia dei absoluta aīa ossis pōt sentire. quia deus potest sibi facere organum vel eandem numero ponere in organo apto. quāuis de potentia ordinata dei ⁊ de lege cōi nequeat sentire ex defectu organi requisiti qd̄ neqꝫ eē in osse. Ad rōeꝫ in ꝯriuꝫ.
¶ Secūm dubium est. Utrū anima vegetatiua bruti sit eius sensitiua? Et videt 2
q; nō: qꝛ nō oē qd̄ cōuenit ei ẜm qd̄ ē vegatiuū cōuenit ei ẜm qd̄ est sensitiuū. igit. cōseqńtia videt tenere. ⁊ aīs ptꝫ. qꝛ equꝰ inqꝫtum vegetiuā habet: agit sine cognitione: sꝫ et inqꝫtum sensitiuam habet: non agit sine cognitione. ¶ Oppositū patꝫ ex articulo quinto. R. q; omnis aīa sensitiua etiam est vegetatiua. qꝛ nō plus potest sensitiua manere sine nutrimento q; vegetatiua: et ideo cū deus ⁊ natura non deficiant in necessarijs: oem sensitiuā ꝓduxerūt etiā esse vegetiuā. Ad 2 dubiuꝫ.
Secūo dicit q; in codeꝫ anial' nō sunt vegetatiua ⁊ sensitiua forme distincte vel anie distincte. ptꝫ ex precedēte. nā cū sensitiua sit vegetatiua: alia vegetatia supaddita supflueret. Jō phs. ij. de aīa dic: q; sp in supiori potētia aīe iferior est inclusa vt in figura plurimū angulorꝫ icludit figura paucior āgulorꝫ. nā sic in tetragano siue q̄drato icludit trigonū: sic in sensitiuo icludit vegetatiū: vt dr ibidē. ¶ Ad rōem in ꝯriū dr q; q̄cquid conuenit bruto scd̄m illam rem que est vegetatiua: etiam cōuenit ei ẜm rem q̄ est aīa sensitiua: vnd̄ ẜm eam rem que est aīa sensitiua: conue Ad rōeꝫ in ꝯriuꝫ

nit el agere sine cognitõe opa vegetatiue:
ad que cognitio nõ requirit. Verũ est: q̄ q̄z
differunt in rõne eiõ reduplicatiue vel spe/
cificatiue possunt pro eadez re: ppter alie/
tatem rationũ variari in v̄itate ⁊ falsitate
vt hec est vera. equus inq̄tũ habet aniaz
sensitiuã põt cognoscere. ⁊ hec nõ est vera ĩ
q̄tum habet aniam vegetatiuã põt ꝯgno
scere. q̄z tũc omĩe vegetatiuũ cognosceret. ⁊
3. ita in alijs. ¶ Tertiũ dubiũ ⁊ p̄ncipale cir
ca materiã q̄ste rõnis est: quõ sit possibile
q̄ in equo aia oculi ⁊ carnis circũdantis
sint vnius spẽi. cum aia oculi equi ⁊ ani/
ma oculi bouis differãt specie: que tñ vidẽ
tur similiores essentialr q̄z oculi ⁊ carnis in
Notã 1 eodẽ aiali. ¶ Pro cuius solone est notan
dũ q̄ aĩe ppter nobilitatẽ suã sunt plures
potentie. vt vegetatiue potẽtie sunt attra/
ctiua nutrimẽti. digestiua eiusdẽ. assimila
tiua ⁊ vnitiua eiusdẽ: ⁊ expulsiua sup̄flui.
Sensitiue sunt potentie posse cognoscere
rem ⁊ mediãte cognitõe moueri ab eadez
ad ꝓsecutõem vel fugã. Item cognoscitiue
potentie est potẽtia cognoscitiua interior
et exterior. Item exterior q̄ntuplex iux̄ q̄n
q̄z genera sensuũ. ¶ Scdo est notanduz q̄
Notã. 2 hmõi diuersas potẽtias aia nõ ducit ad
actũ sine orgão corporeo. q̄z sens⁹ req̄rit or
ganũ in quo et per quod opatur. Itez nõ
sufficit idem organũ nec eadez dispositio
qualificatiua ad singlõꝝ opeꝝ anime pro
ductionẽ. sed aliud ⁊ aliud organũ. Item
aliter et aliter dispositũ. vt ad vidẽdũ exi/
gitur organũ diaphanũ ⁊ a dominio aq̄.
vt dicunt naturales. ⁊ tale inutile est ad au
diendũ: ad hoc enĩ requirit organũ aereũ
et ita in alijs. Imaginandũ itaq̄ videtur
sic producto corde in gñatione aialis vl
viui: quod est radix et sedes vite: ip̄m ha/
bet naturalẽ vim per suã cõplexionẽ natu/
ralẽ singula organa ve speciei ꝯgrua ⁊ po
tentijs sue anĩe corrñdentia cũ singlis ap/
tis ꝯplexionibꝫ ꝓducere adiuuãte virtute
seminali. Scdo q̄ hec omĩa producit: licz
nõ vniformiter calida vel frigida: tamen
sb quadã naturali harmonia siue concor
dia naturali eidẽ spẽi spẽalissime: ⁊ eidem
indiuiduo corrñdentia. vñ licet nõ eq̄ in/
tense sint in qualitatibꝫ p̄mis singlõꝝ mẽ
broꝝ cõplexiones. sũt tñ omẽs in vna pro
portiõe cõuenienti eidẽ spẽi ⁊ indiuiduo. et
ergo ab omnibꝫ omniũ membroꝝ cõple/
xionibꝫ ab hac vnione ꝓportionabili ⁊ a/

pta vni omẽs ptes anime consiles essenti
aliter producunt corde producẽte cũ v̄tu/
tibꝫ seminalibꝫ. sicut octaua q̄nta. ⁊ p̄ma
nona ⁊ decimaq̄nta. ⁊ in infinitũ ascendẽ
do: si tales soni ꝓducerent: faciunt vnicaz
concordiã musicalẽ. q̄uis differant penes
intensum et remissum. ¶ Ex qua imagia
tione he ꝓpõnes sunt ꝯcedende. ¶ Prima ppõ.1.
nõ oportet hanc ꝯñam valere. he res sũt si
miliores in q̄litatibꝫ p̄mis educentibꝫ. er
go sũt siliores essentialr. ptz. q̄z oculi diuer
soꝝ aialiũ spẽ sunt similiores in q̄litatibꝫ
p̄mis q̄z oculi ⁊ cor eiusdẽ aialis. et tamẽ
cor et oculi eiusdem animalis. vt dictum
est: sunt vnius spẽi. ⁊ non oculi aialium
differentiũ specie. Et ratio est sensibil. stat
enĩ q̄ cõplexiones sint ꝓpinque in calido
et frigido. ⁊ q̄ ꝓportiones eaꝝ sint omĩno
dissonãtes. sicut est in talibꝫ ocul' aialiuz
diuersoꝝ in spẽ: ⁊ stat q̄ differant penes p̄
mas q̄litates. sed in ꝓportione nalali eiꝰ
indiuidue vel spẽi cõuenienti ꝯueniant: sic
in membris eiusdẽ aialis: recte sicut expe
riẽtia docet nõ magis ꝯcordare tonos ma
gis ꝓpinquos. sicut nõ ꝯcordat septia no
ta cũ octaua q̄ ꝓpinq̄ sunt. sed magis cõcor
dat octaua cũ p̄ma: q̄uis ab ea distet: ta/
men q̄z ꝓportio ꝯueniens est ad vnitatẽ
soni. ¶ Scda. nõ penes intensionẽ qualita ppõ.2.
tum p̄maꝝ educentiũ sumit similitudo vl
dissimilitudo essentialis: sz penes ꝯformi
tatẽ proportionũ debitã habitudinẽ inui/
cem habẽtiũ in ordine ad opatões debi
tas forme. patet ex eodem. ¶ Tertia. stat ĩ
calido viua esse valde propinq̄: ⁊ tamen ppõ 3
vnũ eẽ venenũ alterius. ptz. ꝓpter dissili/
tudinẽ naturalem cõplexionũ sb quibus
nate sunt fieri vel manere res viue. vt tyr⁹
est similior aiali in calido et humido q̄z
aqua: tñ tyrus est venenũ multis aialiuz
aqua nulli. recte sicut septima nota destru/
it octauã: quã dulcius dat resonare coniũ
cta ei p̄ma vel q̄nta que ab ea magis di/
stant q̄z septima. ¶ Vltimũ dubium est. si
quelibet ps eq̄ sit equ⁹: ⁊ qd tangit in secun vltimuz
do argumẽto. ¶ Ad quod respõdet per du dubiuz
as ꝓpõnes. ¶ Prima si hic termin⁹ equus
denotet totalitatẽ: tunc nulla pars anima suppõ 1.
lis equi est equus. ptz. q̄z nõ est sbstantia
totalis: sic q̄ nõ pars. ¶ Scda. Si iste ter suppõ 2
minus equus sit termin⁹ vere ⁊ pure abso
lutus: tunc quelibet pars integralis equi
est equus. patz. quia tũc omne illud dicit.

equus qđ habet talem essentiã qualẽ ha/
bet equus: ex quo li equus nihil ꝯnotat: sꝫ
nudam essentiã importat. mõ q̃libet pars
integralis equi habet talẽ essentiã qualeꝫ
habet equus. vt ptꝫ ex dictis in q̃nto arti/
Corre. culo. ⁊ sic q̃libet ps equi est equ⁹. ¶ Cor/
relariũ. iste terminus equus put est nomẽ
heterogeneũ. scꝫ put significat rem cui⁹ p
tes nõ sunt eiusdẽ rõnis cũ toto nõ est p/
dicamẽti sbstantie. sꝫ cõnotatiu⁹ totalita/
tis. pꝫ per ꝯclusionẽ. si esset pure absolut⁹:
q̃libet pars equi esset equ⁹. vt dicit con/
clusio scđa ⁊ ergo nõ esset heterogeneũ: sꝫ
homogeneũ. ⁊ ergo nõ esset heterogeneũ.
Simil' põt dici de aliis hmõi. Hoc đ sex
to articulo.

His premissis re/
Ad rati spõdet ad rõnes pncipales. ¶ Ad pmã cõ
ones pn tra suppositũ: negeť q aĩa bruti sit ex nihi/
cipales lo. ⁊ ad pbatõnem dicit q creata ⁊ crea/
ta diciť nõ in se q: de potẽtia materie ẽ edu
cta: sed in sua materia quã deus creauit: et
i illa creatõe diciť om̃ia materialia creasse
Ad 2 in suo sbiecto: nõ in ppria forma. ¶ Pro
secũdo diciť: q aliquid esse cõpositum ex
materia põt intelligi dupl'r. Uno mõ pro
prie. q: materia est eius ps: quo mõ om̃es
sbstantie cõposite diciť cõposite ex ma/
teria. Alio mõ q: est compositũ ex suis pti
bus que om̃es de potẽtia materie sunt edu
cte. ⁊ hoc mõ q̃libet forma educta de potẽtia
materie dicitur congrue ꝯposita ex mate/
ria. q: est ꝯposita ex suis ptibꝫ ex mã
Per hoc ad formã negeť aña scđo mõ itel
ligendi: imo aĩa est cõposita ex mãia. se
cundo mõ q: est educta i se ⁊ ptibꝫ suis de
materia. Ad impbatõem pmã dr q nõ ẽ
Ad 2 cõposita ex materia tanq̃ ex pte sui scꝫ p/
pbatõeꝫ mo modo. vt dcm est. ¶ Ad scđam pbati
oneꝫ: q pncipia bene fiũt ex alterutris. put
li ex dicit circũstantiã sbiecti. vt aĩa ex ma
teria. vl' put dicit circũstantiã ordinis. vt
forma ex puatione sui. Sed phus vult q
nõ fiũt ex alterutris: put ex dicit circũsta/
tiã partis: q: vnũ pncipioꝝ nõ fit ps alte/
Ad 3 rius. ¶ Ad tertiã. q nõ ex eo solo q: ẽ i ma/
teria: sꝫ q: est đ potẽtia materie educta. vt
Ad 4 in pmo articulo dcm est. ¶ Ad quartaꝫ p
batõem sic ad pmã q facti scđo mõ ex ma
teria ipa mãia nõ est ps: sꝫ sbiectũ. ¶ Ad
Ad 5 q̃ntã. q diũsimode equ⁹ ⁊ aĩa ei⁹ sũt facta

ex mãia. vtrũq̃ tñ suo mõ factũ ẽ ex ma/
teria. equ⁹ vt ex pte sui: ex q̃ alia sua ps est
facta: et forma equi tanq̃ ex sbiecto. Ad h
aũt qđ dr q factũ ex materia est eductũ: h
est verũ de facto ex materia scđo mõ distin/
ctionis pmisse. sꝫ pmo mõ dr aliqd factuꝫ
ex materia: q: materia est ps ei⁹. nõ q̃a to/
tũ est ex alio sbiecto eductũ. ¶ Ad ꝯfirma ad ꝯfir.
tionẽ dr. q nihil ipius aĩe an gñatõeꝫ est
in materia. vt dictũ est. ⁊ negeť ꝯña. cũ in/
ferť q nõ plus esset tũc pducta de materia
q̃ ãgel⁹. q: licet nõ habuerit an esse i ma/
teria: est tñ de potẽtia materie v̾tute agen/
tis educta. ⁊ ita nõ est de angelo. ¶ Ad ter Ad 3
tiã negeť ꝯña: ⁊ ad pbatõem q in aĩalib⁹ pncipale
pfectis nõ sufficit v̾tus seminal': vt dcm ẽ.
Et dato q sufficeret: tñ q: non sufficeret p
ducere formã in statu pfecto sic a pncipio
res sũt pducte: ptꝫ q eaꝝ pductio fuit su/ Ad 4
pernatural' ⁊ diuina. ¶ Ad quartã. q albe
do est ex materia elemẽtoꝝ educta sic alie
forme. nec est incõueniẽs q accñs sit ex sb
stãtia tanq̃ ex sbiecto ex q̃ factũ est. sꝫ incõ/
ueniẽs esset si esset ex sba tanq̃ ex pte. ¶ Ad Ad 5
quintã partꝫ qđ dcm ex q̃rta ꝯclone tertij
articl'i fit eñi ex elemẽtis potẽtial'r ad eius
gñatõem ꝯcurrẽtibꝫ. scꝫ ex materia elemẽ/
toꝝ disposita v̾tutibꝫ q̃tuor elementorũ.
¶ Ad. 6. pbabile est q̄stio q ita sit q cor fi Ad 6
at bꝫ aliquã ðbitã q̃ntitatẽ prie pductiõi
totũ simul: iuxta modũ expressũ in secun/
da cõclone q̃rti arti. Scđo dr q tñ tota a
nima indiuidui nõ fit sil': sed successiue. q:
cor pductũ pducit eã in aliis mẽbris suc/
cessiue bm ordinẽ nature cõuenientẽ. Et si
q̃nq̃ dicať q agẽs siue gñans cũ sit extrise/
cũ genito forti⁹ agit ppe se q̃ distãter a se.
Dicať q hoc nõ optet q̃ñ agens sphęrice
circũdat passum: tũc eñi põt fieri actio vni
formis: vt in scđa ꝯclone illi⁹ arti. declara/
tũ est. ¶ Ad rõnes factas ꝯ q̃situ. ¶ Ad p
mã negeť aña. ⁊ ad pbatõem ptꝫ qđ dōꝫ Adr
sit ex dictis in q̃nto arti. ⁊ ex pmo dubio sex ꝯ q̃situꝫ
ti arti. ¶ Ad scđam dr q aĩa vegetatiã eq̃
sit ei⁹ sensitiua. Ad impbatõem pmaꝫ dr Ad 2
q sensitiua eq̃ nõ ligať ab oĩ ope in somno
sꝫ a sensatõe. sꝫ a nutritiõe nõ ligať. ¶ Ad ꝯfira.
cõfirmatõem negeť ꝯña. ⁊ ad pbatõeꝫ dr
q licꝫ in mẽbris exterioribꝫ i somno sit calor
fortior. tñ nõ in interioribꝫ. s. corde: epate
et stomacho: in q̃bꝫ fit pma ⁊ scđa ⁊ bm a/
li q̃s tertia digestio. est eñi tũc calor vnit⁹
circa cor: vñ oĩa interiora abũdant calore

Pōt etiā cōcedi q debilior digestio fiat i mēbris exteriorib in somno q in vigilia nec est ꝯ medicos. Itē pōt dici q i vigilia spūs z calores sensitiui z motiui q sūt i mēbris exteriorib suis opib intenti sūt. vnde parū faciūt ad nutritōem: nisi de per accidens: quā facit calor inuiscatus vel insitus mēbris.
Ad 3 ¶ Ad tertiā negēt aūs. z ad pbatōem ꝯcedit q noia mēbroꝝ nō sūt de pdicamēto sbe ꝓprie: qz cōnotāt vel figurā. z sic essent de pdicamēto qlitatis: vl' officiū actiue: z essent de pnto actōis. vel passiue: vt ocul' recipe: z essent de pnto passiōis q libet pōt videre vel speculari qd pncipaliꝰ importēt. Ad pbm dr q illud posuerit fm famositatē tēpe ꝯpositōnis libri famosam vel reputatā. sic mlta alia ponit in li. pntoꝝ qꝫ ꝯrīa determinat: vel splicite vl' explicite in aliqs locis phie.
Ad 4 ¶ Ad. 4. negēt aūs. z ad pbatōem pmā negēt etiā aūs q silliores essentialiter sint forme duoꝝ oculorū equi z bouis qꝫ oculi z aīnis ꝯungentꝰ eum. ¶ Ad pbatōem illiꝰ aūtis ꝯcedit q oculi sunt similiores in effectib in qs pñt: z ideo etiā sut silliores in dispositōnib organicis z actꝰ illi notificāt potētias in sūu mētales ꝯsīles. s. dictas dispositōes.
2 ¶ Secūdo etiā notificāt pncipales: q ad earum posse: sꝫ nō notificāt eas q ad qdditatem eaꝝ essentialē. h̄ enī dꝫ ꝯsiderari ex vnitate totiꝰ forme viue: z nō ex vno ope alicuius ptis. qꝫ vna forma pōt in valde diuersas opatōes. Ad scōam pbatōem aūcedētis: ꝯcedit q dispositōes organice duoꝝ odoꝝ sūt silliores. Scōo q eductiue dispositōnes sūt silliores qꝫtū ad extēsionē qlitatū pmaꝝ in se. sꝫ per eas h̄ nō arguit identitas essential' formaꝝ maior.
3 ¶ Sꝫ tertio dr q ꝓportiones qualitatū pmaꝝ eductiue sūt silliores in oib partib eiusdeꝫ anīal' qꝫ sūt in duob ocul' anīaliū diūsaꝝ spēꝝ. cuius rō est pus posita. qꝫ oēs ille ꝓportōes h̄nt naturalē tendētiā in eandē formā. scꝫ aniam in nūero z in spē eēntiali: diūso calido z humido eductā put ei ꝯgruit in ordine ad diuersas opatiōes diuersaꝝ suaꝝ potētiarū in diuersis mēbris. Forme autē duoꝝ oculoꝝ anīaliū drnū spē sūt eductē p ꝓportōes qlificatiuas eductiuas disproportionatas: nec ad eandē formā naturalē tēdentiā h̄ntes: imo nec eidē in spē cōuenītes: z sō ille forme odoꝝ fiūt diūse spē essentiali. sūt enī directe a cordib diuersaꝝ spērum z qꝫ ꝯplexiones sūt disproportionales: sic q nō ꝯpatiunt se sil' in sbiecto. et idō etiā faciūt disproportionales ꝓportiones qlitatū pmaꝝ: q qūis ꝓpiqores sint inuicē in calido z frigido: tn̄ ꝯplexiōes sūt incōpossibiles: recte sic forme diuersaꝝ spērū qs h̄nt gn̄are sūt incōpossibiles in eadē materia: z etiā respectu eiusdē forme totalis qꝫ nullo mō sūt nate facere silem formam.
¶ Ad qntū: dcm est q put iste terminꝰ bos est terminꝰ absolutꝰ: q sic q libet ps bouis ē bos. secꝰ est in cōi vsu vbi cōnotat totalitatē: nec est de pnto sbe ꝓprie. A c
¶ Ad sextaꝫ negēt aūs. z ad pbatōem eiꝰ negēt aūs q forma corpeitatis q est in bruto māet vl' manebit bruto corrupto. illā enī nō reputo aliā qꝫ aniam sensitiuā: q nō manebit bruto corrupto. nō enī ē possibile (vt estimo) fm cursum solitū nature pl'es formas sbales esse simul in eadē materia adequate: de quo fortassis al's erit sermo. Ad pbatiōeꝫ aūtis dr q illud qd corrūpit cor bruti vel brutū soluit cōplexionē necessariā pro esse bruti: ad cuiꝰ solōnē sequit alia cōplexio siue ꝓportio. scꝫ cōueniēs spēi q immediate nata est fieri corrupto bruto. puta forme cadaueris: z hec nō fuit aū in boue viuo. qꝫ in eo fuit ꝯplexio siue ꝓportio cōueniēs spēi bouis: z fere sbito boue interfecto complexionē illi spēi debitā soluit: z p modū sequele aliā spēi pxime cōuenientē in esse cōstituit. nō q omes qlitates pcedētes corrūpat. sꝫ q armoniā spēi viui cōuenientē auferat: z qlitates pmas z secūdas per modū sequele sb armonia vel ꝓportione alēi spēciei propriam introducat. Ad 6
¶ Rationes post oppositum sunt pro dictis z nō ꝯ ea. Ergo de qstiōe.

Ade queritur duodecimo circa distinctiōem decimāseptimā scōi libri z tres seqntes que sunt de statu nature integre. Utrum possibile sit esse locuꝫ super terram in quo homo possit semp viuere: qualis esse deberet paradisꝰ. 1
¶ Q, nō. quia quod in se habet pncipiū sue corruptōnis nō videt posse pſeruari a morte. modo homo habet in se sue corruptionis pncipium. igit. patet maior. qꝫ quod ē intrinsecum videt esse naturale: z tale impediri nō potest pro semp: cum nullū vio Argu

Ex alio. lentum sit perpetuum ¶ Et ex alio. q2 pnci
pium corruptiõis intrinsecum videtur se
qui naturã materię et appetitum eius qui
est naturaliter ad aliam formã: et cum nõ
possit appetitus naturalis frustrari suo fi
ne: videt q materia necessario quãdoq3 erit
sb alia forma et ex ɔñti corrumpet illud qd
habet materiã: et hmõi pncipiũ intrinsecũ
minor patet. q2 homo habet in se materiã
sicut alia aĩalia: quę ẽ pncipiũ corruptio
argui.2 nis. vt vult cõmentator. ij. phisicorũ. ¶ Se/
cundo sic. quia omne compositũ ex cõtra/
rijs necessario corrumpet. sed homo est hu
iusmodi. igit patz maior. q2 ɔ̃ria sp agunt
vt calidum et siccum cõsumendo hũidum
pingue. modo minor est manifesta Geñ.
secundo. q2 deus formauit hoiem de limo
terrę. id est de terra viscosa virtualr quat/
argui.3 tuor elemẽta includẽte. ¶ Tercio sic. si ali/
quis talis loc9 esset: maxime esset paradi/
sus terrestris. s3 illa nõ est ponẽda tal' virtu/
tis. igit etc. ɔña nota est. et maior ptz p ma/
gistrũ in lr̃a dicentẽ. vj. cap. disti. pñtis. q
deus hominẽ posuit in paradiso volupta
tis: quã formauerat a pncipio tanq3 loco
amenissimo. idẽ Geñ. ij. Itẽ ex pñte hoc di
cit dis. xix. c. ij. q hõ in eo potuit nõ mori. et
Geñ. 3. dr. q dñs pceperat ne hõ mitteret
manũ ad lignũ vite et viueret in ętnũ. et g
loc9 deberet esse maxime talis virtutis. sed
minor pbat pmo. q2 vbi poneret: vel sb ęq
noctiali: et ibi esset nimius calor. q2 sol ni/
mis ppinqu9 est capitib3 eorũ. vel in clĩa/
tib3 terrę cõmunis hitabil: et sic esset eiusd
naturę cũ alijs climatib3: et ex ɔñti nõ red
argui.4 deret immortales. ¶ Quarto sic. in quocũ
q3 loco homo positus fuisset: ipe indiguis
set nutrimẽto: saltẽ secluso miraculo. ergo i
nullo loco potuit poni vbi fuisset imorta/
lis: vel vbi posset semp viuere. pbatio cõ/
sequẽtię. q2 sequit. indiguit nutrimẽto. er/
go humidũ radicale potuit desiccari. et vl
tra. ergo cũ per cibũ non ęque purum resti
tuat: manifestũ est q tandem fuisset totu3
siccum. et sic nõ potuit semp viuere. Secũ
do quia potuit desiccari. ergo hõ potuit de
bilitari. ergo a pma sanitate destitui. Et vl
tra. ergo ad mortẽ deduci. añcedens ptz p
textũ Geñ. pmo. vbi domin9 dedit homi/
ni omnẽ herbã: vt essent illi in escam: sicut
et cęteris animãtib3. ergo homo indiguit
argui.5 nutrimento: sicut cętera animãtia. ¶ Quĩ
to: quia si homo potuit semp viuere: h ma
xime fuit per lignũ. sed per illud nõ. ergo etc.
patet maior per textũ pus allegatũ ex Ge
nesi. iij. ca ptz minor. quia lignu3 vitę po/
tuit in se corrumpi: alr in cibũ nõ valuiss3
ergo sempiternã vitam dare non poterat
tenet ɔseqñtia. quia nihil agit vltra virtu
tem quã in se habet ¶ In oppositũ arguit In op
sic. In paradiso comedens de ligno vitę sp po. argu
vixisset. ergo. ɔseqñtia tenet. quia paradi itur 1
sus est locus sup terram et lignũ illud est i
eo. vt patz Geñ. ij. et magister dicit disti.
pñte caplis. vij. viij. et ix. ¶ Et confirma Confir.
tur. quia nõ poterat esse mors ante pecca/
tũ. sed homo potuit nõ peccare. ergo. patz
maior ad Roma. v. vbi aplus dicit. q per
peccatũ mors intrauit in mundũ. et hoc ex
rõne. quia mori est pęna. mõ a iusto iudi/
ce pęna nõ pcedit culpam. minor patz. q2
si Adam nõ potuiss3 nõ peccasse: pctm su
um nõ fuisset voluntariũ. et sic non fuisset
peccatũ. ¶ In hac quęstione q̃ quasi pcti/
ca ẽt speculatiua pmo videbit illud qd cõ
muniter ęstimatur de paradiso. quia parũ
noticię de hoc habemus a magistris deter/
minatũ. Scdo. hominẽ nunc ad morte3
de lege cõmuni esse necessitatũ. Et tertio. i
statu naturę integrę potuisse fuisse pręser/
uatum.

Quantum ad pri/ Artic.i.
mum est notandũ. q Beda dicit in glosa
super illud Geñ. Plantauerat aũt domi
nus deus paradisum voluptatis a princi/
pio: paradisus est locus amęnissimus fru
ctuosis arborib3 consitus: magno fonte fę/
cundus: in parte orientali: a regionib3 qs
incolunt homines secretissimus. vsq3 ad
globum lunarem ptingẽs: vnde nec aquę
diluuij illuc puenerunt. ¶ Vbi merito du
bitat quo die paradisus sit conditus? q̃a dubia 4
dicit textus: a pncipio. Secundo. vbi sit
conditus? Et tertio vtrũ hominũ habita
tioni sit congruus? Et quarto. quare cos/
mographi et historiographi de ea nõ scri/
pserunt? ¶ Pro pmo ponitur pma conclu
sio. q paradisus est quid corporale sup ter P primo
ram: et nõ tm̃modo spũale. patz per beatũ dubio
Augustinũ. viij. super Geñ. ad lr̃am. qd Cõclo 1
probat tripliciter. Primo q2 homo corpo
ralis fuit in ea posituf. Secũdo ex hoc. q2
dicta Geñ. nõ tm̃ mystice: sed litteralit de/
bent intelligi. Et tertio. quia sensus mysti

eus debet fundari in litterali. vt hierusalez
anagogice significat celestem ciuitatez. sic
tñ q ad lraz etiã significz terrestrẽ. Hec eti
am est Damasceni libro. ij. ca. xiiij. et est d
intentione magistri distin. p̃sente. ca. viij.
Corre. 1. ix. et seqntibz. ¶ Correlarie sequit: q hec pa
radisus est ornatus terre et mãsio sup terrã
patet. qz est locus consitus arboribz: h ter
Corre. 2 re est vt notum est. ¶ Secundo sequitur q
paradisus est conditus tertio die cũ terra
et hoc dicit magister ca. viij. dis. p̃sentis q
paradisus itelligit cõditus a p̃ncipio ter
tie diei: quo totã terrã remotis aquis her
Ad 2 bas et ligna producere iussit. ¶ Ad secũdũ
dubium dubiũ d: cõmuniter. q paradisus sb equi
noctionali situatus sit. Sz de mõ quo est
ibi situatus: due sunt opiones. Una vidr
esse Bede. q in altissimo mõte: ad cui⁹ al
titudinẽ aq diluuij ñ puẽirẽt. Scd̃a opio
q sb equinoctiali in terra cõmuni plana:
Dubiuz remota tñ ab habitatõe hoim. ¶ Ubi ori
tur dubiũ. Utrũ regio sb equinoctiali sit
tpata? De hoc inter phos sunt due opini
Opio. 1 ones. Una est Auicẽne volẽtis: q sb equi
noctiali sit regio tpatissima. et ratio est pri
ma. quia semp est ibi equinoctiũ Unde fri
giditas noctis introducta sole absente ne
quit expelli de die: qñ sol sit itez in occasu.
Scd̃a est velocitas motus. qz cum tunc
sol maximũ circulum describit: velocissime
mouet. et ideo radij minus figunt in obiecta
Etiã cum sol describit eqnoctialẽ. tenet cõ
seqntia. qz expientia docet q manus velo
citer mota p flammã aliquãte pfunditatẽ
nõ vrit: que valde lederet si lente moueret
Opio 2. ¶ Scd̃a opinio est Aristotelis. ij. methe
oroz. qui vult q sit locus intpat⁹ ppter ni
Cõclo. 1 miũ calorẽ. In hoc etiã sistit Durandus.
¶ Cum quibz ponit p̃ma pclusio q verisi
mile est: q sb equinoctiali i terra plana sit
locus iuxta cursum cõmunẽ nature nõ hi
tabilis ppter nimiũ estum. pbatur sic. lo
cus sic situatus ad solem q est semp soli p
pinquior q̃z nobis in estate calidissima: ẽ
inhabitabilis ppter estum. sz locus sb eq
noctiali est hmõi. igit zc. patet maior. qz si
sol maneret nobis sic ppinquus sic est no
bis qñ ẽ in cãcro: locus noster esset inhabi
tabilis: tum qz cõmunit nõ fieret pluuie:
eo q sol suo ardore terrã desiccaret. vñ non
surgeret exalatio grossa: apta ad pluuiaz:
et si alique per ventum adducerent exure
rent ab ardore solis qui nimius fieret ex
cõtinua mora iuxta experientiã qua mag
patimur a calore sb canicularibz q̃z in can
cro: cum tñ tunc sol per integrũ signũ plus
distet a nobis. Cuius ratio nequit reddi
alia nisi longitudo more. quid igit fieret si
tãta mora vel semp maneret nobis ppin
quissimus. minor ptz. qz quãdo sol maxi
me ab eis distat. hoc est quando describit
tropicos. et tunc nõ distat. xxiiij. grad⁹: sz
solũ. xxiij. et. lj. minutis. modo cũ polus co
lore eleuet. et hic fere. 50. gdibz a cenit capi
tis nostri distat. vl. 1. gradus fere ab equi
noctionali p pclõnem demonstratã: q qn
ta est eleuatio poli sup orisontẽ: tanta ẽ di
stantia a cenit: ab equinoctiali: a q̃ remo
uea maxima solis declinatio. scz. xxiij. gra
dus. manẽt. xxvj. ergo cum est nobis ppin
quissimus. scz cũ describit tropicum cãcri:
distat a cenit capitis nostri. xxvj. gradibz
et ab equinoctiali nunq̃z plus q̃z. xxiij. ne
complere tamẽ: ¶ Correlariũ. sb equinocti correla.
ali in terra plana cõmuni nõ videt situat⁹
padisus deliciaz: nisi tũc speali miraculo a
deo fuerit p̃seruat⁹ ab estu. ptz ex cõclusio
ne. quia intpatus esset in calore. Secun
do. qz diluuiũ illic fuisset. scz qz terrã pla
nam vndiqz circũdedit. ¶ Sed queretur.
nunq̃d pbabile est ponere. q p̃seruetur ab
his per speale priuilegium per deuz. Respõ
detur q iuxta mentẽ Augustini. quia licz
reruz ab initio fuerit pductio miraculosa
singula tamen que ab initio pducta sunt
sic facta sunt: vt cõi influxu sine speciali
miraculo valeant remanere. nõ eñ (vt di
cit beatus Augustin⁹ sup Gen̄.) est nobis
questio de re qualis sit per miracula: sed q̃
lis in natura. ¶ Ad rões Auicenne. Ad Adr
p̃mam q vez dicit q ex parte motus diur Auicẽne
ni bene esset temperies. sed ex nimia solis pro
pinquitate qua semp est eis presens p to
tum annum: sic q nunq̃z recedit quin recti
us eos respiciat q̃z nos in capite estatis q̃
nobis est propinquissimus: totam regio
nem incendit. ¶ Ad scd̃am. verũ est q quo Ad 2
libet die minus infigit in equali spacio q̃
si tardius moueret: tamẽ vtiqz moratur. x Cõclo. 2
ij. horis semp sup orisontẽ. ¶ Scd̃a pclu
sio. probabilis videt opinio Bede. q pa
radisus sit situs sb equinoctiali i altissimo
monte mediũ regionis aeris transcẽdẽte ad
cuius cacumen aque diluuij nõ poterant
peruenire. patet. quia si esset in terra cõmu
ni habitabili septem climatuz: vtiqz aliq̃

suspitio haberet de regione circa quam est.
sz nulla de hac habet apud scribētes histo/
rias: de partibꝰ mundi memoria. igitur vidē
ꝙ extra climata: ꝛ sic sub equinocciali: et cū
nō in terra plana. vt dcm̄ est in correlario
Cōsir sequitur ꝙ in altissimo monte. ¶ Et ꝯfirmat
quia sic saluabitur ꝙ torrida zona est gladi/
us flammeꝰ ꝛ versatilis ꝯtra illuc procede
re volētes: qui Gen̄. iij. dicit per deum posi
dubia 8 tus ad custod. ī viā ligni vite. ¶ Sed cō/
exordiē. tra illū modū sunt dubitatiōes pulchre.
1 ¶ Prima an si sub equinocciali situatꝰ sit ꝑ
mi parentes ex eo eiecti poterāt trāsire tor
ridam zonā: veniēdo ad climata habita/
2 bilia. ¶ Secūda. si transit mediā regionē
3 vnde veniūt ad locū pluuie. ¶ Tertia. q̄/
modo ex hac altitudine possit ibi esse tem
peries: cum aer post mediā regionē sit ve
4 lut ignis. vt dicit ī ꝑmo metheo. ¶ Quar
ta. quia in descriptōe Bede dicit ꝙ globū
lunarem attingit. ḡ esset in sphera ignis: ꝛ
esset nox valde breuis ibidē: eo ꝙ vmbra
terre que est causa noctis: est valde parua
in sphera lune. qꝛ desinit in sphera mercu/
rij: vt dicit Ptolomeus. ¶ Itē q̄nta. quia
5 Solinꝰ refert ꝙ ascēdētes ī mōtē olympū
homines deferunt spōgias plenas aqua:
q̄tinus ardorem solis valeāt sustinere: per
inspiratōem aeris infrigidati per aquā. qꝛ
alīs esset (vt dicit) nimus calidū. ¶ Itē sex/
6 ta qꝛ Gen̄. vij. dicit: ꝙ operti sunt oēs mō/
tes. ḡ ꝛ paradisus: si in mōte sit collocatꝰ.
7 ¶ Et septima dubitatio. qꝛ dicit Beda in
oriente: vbi debet sumi illud oriens: cū q̄/
libet pars celi inter polos sit oriens: respe/
8 ctu alicuiꝰ orizontis? ¶ Et octauo. qꝛ Da
mascenus dicit ꝙ ille fons ex quo exeūt q̄
tuor flumina paradisi: est oceanus. hic au
tē nō accedit mediā regionē aeris. ¶ Ad i/
stas ꝓbabiliter nihil asserēdo respōdet. Ad
Ad 1 ꝑmā: ꝙ ꝑmi parentes poterāt transire: qa
quarto die creata sunt luminaria magna
et tertio die arida. ꝛ sexto die ꝑmi parētes
eiecti. intra aūt triduū nō poterat sol tan/
tum estum introducere: q̄ꝛ ꝑmi parentes
Ad. 2 cōgrue pertransirent. ¶ Ad scdam pōt dici ꝙ
totus fonte irrigat: tempibꝰ aptis: sic egy/
ptus vbi rarissime pluit: fecundatur nilo
Alio modo ꝙ rore tēpato fecundatur. scz de
die eleuato ꝛ cessante nocte calore sol sta/
Ad 3 tim reuertenti. ¶ Ad tertiā r̄ndetur: ꝙ cū
media regio sit semꝑ frigida: aer imediate
sup eā est sufficiēter infrigidatus ab ipa: sic

vt ab ardore ignis ꝛ calefactōne solis ser/
uat locum in maximo tēpamēto. Ad phi/
losophū in ꝑmo metheorō: ꝙ loquitur de
aere cōtingēte spherā ignis: que lōge est al
tior: ꝛ sup illud tempamentū ex calido et
frigido: illū em̄ calor ignis vehementer ācē/
dit. ¶ Ad quartā: ꝙ illa locutio bedeē hy Ad 4
perbolica. vult em̄ ꝙ sit tante altitudinis:
ꝙ hominibꝰ est quasi nō bene mēsurabile: vt
valde altus: quēadmodū dr̄ de iuuene mul
tū longitudinē alioꝝ excedente ꝙ vult cre
scere vsqꝫ ad celū. ¶ Ad q̄ntā de olympo di Ad 5
cit petrus de tharātasia: ꝙ potuit hō in sta
tu innocētie viuere ex aere puriori q̄ꝫ post
pctm̄. Durādus dicit: ꝙ mirāda canunt ꝛ
nō credēda poete. Et est verū ꝙ Solinꝰ de
miraculis mūdi multa mirabilia scribit ne
scio si oīa sint vera. ꝛ credo ꝙ ipemet scri/
psit ex auditu. vbi q̄libet referentiū secu/
re poterat mentiri: nullo sciēte statū patrie
de qua retulit: ibi ꝑsente. Item pōt dici ꝙ
mons iste spāli aspectu supiꝰ habeat virtu
tē sulphureā: rōne cuiꝰ aqua indigebāt a/
scēdētes: nō rōne altitudinis. Posset eti/
am esse ꝙ aquā secū detulissent ob refrigeri
um fatigatiōis que contigit ex diuturno
itinere ascēdentis vel impetu mutatōnis.
¶ Ad sextā ꝙ illa descriptio est accōmoda Ad 6
et intelligitur ꝙ operti sunt oēs mōtes ab
hominibꝰ cōiter accessibiles. ¶ Sed obijcit obiectio
qꝛ scda Petri. ij. dicit glosa: ꝙ tm̄ ascendet nis soto.
ille ignis q̄ntum aque diluuij ascenderūt
sed ille vidē ascendere totū. quare ꝛc. Rn̄/
det vno modo: ꝙ cum glosa stat ꝙ altiꝰ a/
scendet. qꝛ qd̄ altius ascendit: etiā ascēdit
ad tm̄. Et tunc ꝯñter diceret. ꝙ ignis ha/
bebit innouare mundū corporeū. ꝛ non so
lum purgare. aqua aūt solum habuit pur
gare ¶ Uerū ad quantā altitudinē ascēdet 2
pertinet ad librū quartū. nec me hic deter
mino. multi em̄ dicūt ꝙ nō ascendet vsqꝫ
ad ꝑadisū ¶ Posset etiā tertio dici ꝙ circa
locū fontis sunt aliq̄ virtutis attractiue a 3
quaꝝ ex oceano. vt magnes ferri. ꝛ ꝙ a tali
attractu ꝯtinuatur fluxus fontis. ¶ Ad septi
mā dicitur: ꝙ illud oriens cōuenienter intel Ad 7
ligitur sub nobiliori parte celi empyrei: qd̄ nō
mouetur. est em̄ dextrum celi. vt habet se/
cundo de celo pte ꝑma. ꝛ hoc debet esse magis
nobile. ¶ Ad dictū Damasceni: ꝙ fons ꝑ
mus fuit elementū aque: quod vocatur oce Ad 8
anus: sed post sepatōem fons emanauit
de loco paradisi ex quo quattuor fluuij de

riuantur. Vel posset dici q loquat̃ fm opi
nionē eorum qui dicunt terram perforatā
et aquas maris scaturire ⁊ ebulire vsq; ad
Dubiū ora fontiū. ¶ Sed tunc est dubiū. vn̄ cō
tinuat̃ fluxus istius fontis: ex quo est alti/
or ⁊ in mōte situatus altissimo? ¶ Ad qd
est difficile respōdere: nisi mō prelibato. q
mare sic redundet. quē modū tamē valde
pertinēter phus improbat in pmo methe
ororū recitans illū: quē tamē Ecclesiastes
sequi videt̃ dicens. Omīa flumina exeūt
Aliter a mari: ⁊ iterum intrant mare. ¶ Pōt alit̃
dici. q in isto loco sunt montes amenissi/
mi ⁊ valles delectabiles. ⁊ q in poris mon
tium multus aer ⁊ frigidus est: appropin
quans ad mediā regionē conuertit̃ i aqm
que ad vnum locū collecta scaturit. ⁊ prin/
Ad 3 cipium fluuiorū illorū existit. ¶ Ad tertiū
dubium Utrū paradisus hoim habitationi sit cō
ex supra gruus. ¶ Premitto q paradisus d̄r hort⁹
dictis 4 vel locus deliciarū. quod pōt intelligi: vl' de
Notā 1 liciarū tpalium vel ppetuarū temporaliū est
paradisus terrestris. ⁊ ppetuarū est celestis
Notā 2 ¶ Secundo. q locus deliciarū ppetuarū po
test capi proprie ⁊ corporaliter. scilz pro celo
empyreo in quo sācti sunt in ppetuis deli
cijs. quo mō sumit̃. ij. ad Corinth. xij. vbi
Paulus dicit̃ raptus in paradisum. glo/
sa. in celuz empyreū. Potest etiā capi me/
taphorice: spūaliter pro statu btitudinis
beatorū in patria. sic cepit domin⁹ Lu. 23.
dicendo latroni. Hodie mecū eris in pa/
Notā 3 radiso. ¶ Et tertio. q locus deliciarū tpaliū
etiā sumitur dupliciter. vel corpalit̃ et pro
prie de quo hic agit̃. ⁊ de quo ante est dcā
definitio Bede: ⁊ accipit̃ a magistro in lit
tera. Vel etiā potest sumi metaphorice et
spūaliter. pro statu innocentie vel iusticie
originalis in quo Adam creatus fuit. Et
dicit Damascen⁹. q pmus homo in vtro/
q; paradiso tpalium fuit positus. scilz in
loco corpaliū deliciarū fm corpus. ⁊ in sta
tu spūalium deliciaruz fm aīam. postea
trāsferēd⁹ i locū ppetuarū deliciarū corpaliū
fm corpus. ⁊ in statū visionis btifice ⁊ spi
Cōclo. 1 ritualiū ppetuarū deliciarū fz aīam. ¶ Qui
bus pmissis sit ɔclusio responsalis ad hanc
partem. et est tertia articuli. q ille loc⁹ erat
congruus habitationi pmi homis in sta/
tu innocentie. ptz. quia cōgruū fuit vt no
bilissime creature terrestri nobilissimū lo/
cum daret sup terrā sed homo erat hmōi
sgit. ptz maior. ꝓ se. qr locus debet propor

tionari locato. minor ptz. qr homo erat no
bilior inter oēs creaturas: vnde ⁊ ob hoc
dominiū super cetera recepit: deo dante.
Item locus ille est nobilissim⁹ inter loca
terre. quia inter partes eius magis celo p/
pinquus ⁊ sb nobiliori parte celi empyrei
qr sub nobiliori pte celi. scz dextera situat⁹
¶ Scdā ɔclusio. videt̃ q adhuc homi cō Cōclo. 2
ueniret licet eo indignus sit. pma ps patz
quia locus est naturaliter temperatissimus
et arboribꝫ amenissimis ⁊ maxime homi/
ni cōuenientibꝫ consitus. Scdo. quia eti/
am Enoch dicit̃ ibidē viuere. vt translat⁹
dicit̃ cum deo: Gen̄. v. ⁊ Helyas de quo. 4
Regū. ij. q ascendit per turbinē in celū. glo
sa in paradisum terrestrē. ¶ Sed forte di/ obiectio
ces q hi viri sancti sunt: ⁊ ex hoc nō videt̃
q cōueniret pctōribꝫ. Respōdet̃ q tn̄ adā
cum Eua post pctm̄ ibidem fuit. ⁊ in penā
criminis eiectus est: ⁊ ergo videt̃ q ibi viue
re potuisset: potissimū sumēdo de ligno vi/
te. quia ita videt̃ dicere textus Gen̄. iij. q
vixisset comedendo d̄ illo in eternū. Non
tamē assero verū in loco tam puro ⁊ inno/
centie depurato: nocēs siue pctōr valeat vl'
valeret remanere. quia bene staret loci pu
ritatem, esse criminis vltricē: qmuis in Adā
factum nō fuerit. quia ex q nō erāt alij ho/
mines: deus cum misericordie reseruauit.
¶ Secunda ps ɔclōnis patet. ob peccatū patz. 2
originale statutū est hominibꝫ semel mori:
iusto ⁊ misericordi dei iudicio. ⁊ ergo cum
ille locus ligno vite: vt post dicet̃: a morte
pseruauit: sic homo illo loco post pctm̄ in/
dignus existit. Hoc de tertio dubio. ¶ Ad Ad 4
quartū q historiographi et cosmographi
scribūt de his que vident̃ in locis accessibi
libꝫ per homines: qualis nō est paradisus.
de quo mihi nulla p experientiā nota sūt
cum sit locus inaccessibilis. Hoc de quar
to dubio ⁊ de toto. q. ar.

Quantū ad secū/

dum articulū videndū est hominez nunc
ad mortem necessitarū vt videam⁹ qualis Arti. 2
fuerit in statu innocentie. Ubi pmo vide
bitur hominē ad mortem necessitari. Se
cundo q per nullam artem pōt ab hac pre
seruari. Tertio q tamē aliquo modo pōt
hominis vita plongari. ¶ Quo ad pmuz
est ɔclusio nīalis. Scdm legem dei ordia Cōclo. 1
tam hec est necessaria. omīs homo viator

morietur. hec habet originalit ex illo Ge
ne.iij. vbi scribitur de ligno scientie boni et
mali ne comedas: quacunqz die ex eo co/
mederis: morte morieris. id est tpalis mor
tis debitor eris. vnde posse nō mori: vt p⁹
dicetur: ordinatione dei stabat cū statu i/
nocentie: sed eadē ordinatōe repugnat sta
tui culpe. scz post perditam iusticiā origia
lem. Item ex sententia diuina secuta cul/
pam commissam quā recepit pm⁹ parens
pro se: ꝛ omnib⁹ ab eo p ppagatōem semi
nis descēsuris siue generādis: cū dixit deus
puluis es: ꝛ in puluerez reuerteris. Et ob
pbat͡z hec dictū est. Statutū est homib⁹ semel
mori. ad Hebreos .ix. ¶ Scdō. hec propo
sitio in lumine naturali est pncipiū. ergo
iuxta cursum nature solitū debet reputari
necessaria. tenet ꝯseq̄ntia. quia talia vni/
uersalia pncipia que nō sunt moralia cōi/
ter sunt necessaria. ꝛ anцedens pz. qz expe
rientia docet adiuncto lumine rōnis. q nl
lus est qui in senio debilitet: ꝛ ad hāc se/
quitur q tandē moriet. Nec tradit scriptu/
ra memoriam de aliq̄ qui semp vixit. Un
de psalmista. Quis est homo qui viuit et
nō videbit mortem? quasi diceret nullus
questio ¶ Sed querit: que est causa huius necessi
tatis. Utru soluz sit pena peti: vel aliqua
alia causa? hic phus diceret. q necessitas
moriendi inest homini ex parte materie q̄
est in potentia ad aliā formā quā alterati
one celi disponēte eam ad illā: necessario
scdā cā tandē ꝯsequet. ¶ Secunda causa est apd̄
lumen naturale: vez iuxta statū sequentē
petm̄ cōmissum repugnātia cōtrariorū in
homine. scz calidi sicci ꝯsumētis humidū
radicale: quo desiccato: nō pōt fm cursum
nate mācre vita: eo q oē viuū ē calidum ꝛ
humidū. vt expientia docz ꝛ phs deducit i
tertia cā de longitudine ꝛ breuitate vite. ꝛ in libello
de vita ꝛ morte. ¶ Tertia causa est sta t⁹ na
ture: que habet determinatuz temp⁹ p suo
augmēto: aliud tps pro statu: ꝛ seq̄ns tps
pro detrimēto: qd̄ terminat in morte. Nec
aliud pōt lumen naturale videre. nec etiā
aliud ē nisi dñs velit agere cū aliquo hoie
preter statū nature solitū. hoc āt semp do
minus sibi reseruauit. vt dicit mgr̄ dis. 18
q pōt agere preter cōcursum causaꝝ secun
daꝝ. Unde in caplo. x. hoc probat ex ver/
bis beati Augustini. ix. sup Gen̄. ad lraz
c. xxvj. dicentis. omnis nature cursus ha/
bet natales leges. sz sup hūc naturalē cur/
sum habet creator apud se: posse de omib⁹
facere aliud q̄z coꝝ naturalis ratio habet
Item dicit magister distin. xvij. c. v. i his
verbis. multa em̄ fm inferiores causas fu
tura sunt: sz in pscientia dei futura nō sūt
id est fieri fm ordinē causaꝝ secundaꝝ de
berent iuxta consuetū cursum: que tn̄ nō fi
ent: dño aliter disponēte. ꝛ in ꝯtrium illius
dispositōnis causa disponentis. ¶ Quarta qrta cā
causa ꝫ theologica. q necessitas hec morie
di inflicta est homini p petō inobedientie
vt patz ex ppōnib⁹ supius allegatis. ¶ Sz Querit.
fortassis querit. Utrū ante petm homo fz
naturā suā fuisset mortuus? Istud dubiū
spectat ad sequētē articulū. ꝛ ideo vsqz ad
eum expectet. ¶ Secūda ꝯclusio. quāuis p Cōclō. 2
potentiā dei absolutā: vel etiaz ligni vite
vsu si haberet posset homo a morte preser
uari: nihilomin⁹ per nullā viā artis vl na
ture fm cursum solitū pōt a morte liberari
pma pars pz. quia hoc diuine potētie nō
repugnat: q semp ꝯseruaret hoiem etiā si/
ne cibo. vt esset semp mortalis: et tn̄ nunq̄
moreret. hoc em̄ nō implicat. ¶ Scda pa 2 ps ptz
pz. quia lignū vite habuit illā virtutem
q poterat ꝯseruare. vt innuit textus Gen̄
iij. vbi dñs dicit angelis: vt videat ne ho
mo comedat de ligno vite ꝛ viuat ineternū
¶ Tertia pars pz. qz iuxta cursum solituz 3 ps ptz
post temp⁹ augmēti semp sequit status. et
post statum naturalis ꝯtinu⁹ defectus vsqz
ad mortē. nec aliquis potest h impedire
quia ille in homine talis post petm sunt or
do nature: sicut etiam in aliis aialib⁹. ¶ Di/
cet fortassis si homo esset peritissim⁹ astro
nom⁹: ꝛ videret oia que corpi dari homi
nis essent nociua: ꝛ per contraria ab illis cū
preseruaret. Ita adesset optim⁹ medicus q̄
semp cum optimo humido cibaret conforma
ret: nunq̄d sic posset ppetuari. ¶ Respōdet Solō
q añcedēs est impossibile: quo ad pmaz p
tem scz q aliqs per artē posset puidere om
nia nociua indiuiduis. artes em̄ nō pos/
sūt ad indiuidua descēdere: que infinita sūt
Scdō impossibile est q aliqs medic⁹ vni
uersalia ꝯsiderādo possit scire qd hunc sit
optimū. quia nō omniū mebroꝝ ei⁹ ꝯple
xiōes indiuiduales pōt cognoscere. ꝛ si sci
ret ꝯplexiones: nō sciret gradus fm quos
cōplexio ē eleuata: ꝛ si sciret p pportiones
diuersoꝝ mebroꝝ inter se fm q̄s sibi ꝯsonant
vel nociua sunt: punctualit scire nō pt. ꝛ et
h nō pt illū optimo cibo cibare. sz adminis

omnibꝰ illis ꝙ semꝑ in optimo statu ⁊ cō/
plexionis tꝑatę ꝯseruaret͛ vsqꝫ ad instans
mortis: adhuc in eo: nisi dn̄s vltra cursuꝫ
solitū miraculū faceret: etates sibi succede/
rēt. vt post augmentū status: ⁊ post statuꝫ
diminutio: et vltimo mors. qꝛ hoc sequit͛
naturā lapsam. Verū est ꝙ in hoc casu nō
esset in morte dolor: sꝫ extinctio. deficiente
eniꝫ humido radicali moreret͛ sine dolore
Cōclō.3 ¶Tertia conclusio. ꝙ quis arte periti medi/
ci possit vita ꝓlongari sine miraculo vltra
periodū naturaliter debitā indiuiduo. nō
tn̄ potest vltra perioduꝫ debitā spēi vita ꝓ
Notā longari sine miraculo. ¶Pro declaratione
huius est aduertendū. ꝙ si ad imaginati/
onē nasceret͛ homo tēꝑatę ꝯplexionis ad
iusticiā. scꝫ nec i toto nec in aliq̄ parte sui
lapsam: ⁊ post debite rectus: sic ꝙ illa com
plexio semꝑ ꝑ imaginatiōem ꝯseruaret͛ vs
qꝫ ad instans mortis: tpus per qđ ille ho/
mo viueret: esset maximū tempꝰ per quod
homo posset manere. Vel verius: tps me/
dium inter ꝑmū instans eius esse ⁊ ꝑmuꝫ
instans nō esse esset minimū tempꝰ per qđ
indiuiduū spēi humanę in ordine ad illā
spēm nō posset manere. qꝛ ꝑ illud nō possꝫ
et ꝑ quodlibet minus posset: qꝛ per quodli
bet minus vixisset. ¶Scđo. ꝙ periodus de
2 bita indiuiduo vocatur totū tempus qđ
est a ꝑmo instanti esse indiuidui optie re/
cti vsqꝫ ad ꝑmū instans sui nō esse. Vl' lar
gius. totum tempꝰ ꝑ qđ indiuiduū viuit
quod tamē morit͛ morte naturali nō ꝑ vio
lentiā ab extra ¶Tunc patꝫ ꝯclusio quo
scđo ptꝫ ad ꝑmā parteꝫ. qꝛ sine miraculo nullꝰ po/
test excedere vitam īdiuidui suę spēi. opti
mę ꝯplexionis: ⁊ semꝑ optime rectꝰ: nꝰ me
lius illi posset aliqđ pficere: qꝛ semꝑ esset
in statu optimo a quo mutatio esset noci/
ua. ¶Patet scđa pars. qꝛ certuꝫ est ꝙ me/
2ps ptꝫ dicus peritus pōt arte sua videre lapsum
cōplexionis: ⁊ cōtra ęgritudines mortales
debito regimine ꝑuenire. Itē pōt lapsum
aliquo mō remediari. puta colericū nutri
endo ꝑ humidū ⁊ tꝑate calidum. et ita in
aliis: ⁊ ex ꝯnti plus eū trahere ad tempa/
mentū qꝫ natural' ꝯplexio lapsa dabat: et
sic etiā vitā ꝓlōgare vlus spēi terminū plꝰ
Corre. qꝫ lapsa cōplexio accessisset. ¶Cor. valde
vtile ē diuitibꝫ hr̄e ꝑitū medicū custodeꝫ
sui corpis. seqꝫ ex .ij. pte ꝯclōnis. Hec de .ij
articulo.

Quantū ad terti/

um articulū restat videre hoiem in statu Ar. 3
naturę integrę potuisse a morte fuisse pla/
uatuꝫ. ¶Ubi ꝑmo vidēdū ē si hō i eo sta/
tu fuisset passibil: Scđo. vtꝝ imortalis:
Tertio vtꝝ adhuc hō possit pseruari ne mo
reret͛: ⁊ de q̄sito. ¶Quātū ad ꝑmū est pmo Notā.
notādū: ꝙ passio vel alteratio ē duplex. q̄/
daꝫ enī ē pfectiua. vt sensatio vl' itellectio
quedā vo est destructiua. s. q̄ disponit reꝫ ad
corruptiōem. Et hec in sentiēte est duplex
quedā dolorosa tactui. vt q̄ fit a vlcerante
vel extrīseco ledēte. q̄dam q̄ nō fit cū dolo
re tactus: sꝫ q̄si insensibil': sicut in resolone q̄
fit a calore naturali: vel etiā decisiōe semi/
nis ꝑ filiis gnatione. ¶Scđo est notāduꝫ. Notā 2
ꝙ possumꝰ loq̄ vel de actu. s. vtꝝ an̄ pecca/
tū fuisset passiuꝰ. vel de potētia. s. vtꝝ ante
pctm̄ ipm pati erat possibile ¶Tertio ē no Notā 3
tandū: ꝙ nō est dubiū de diuisis qn̄ hę fu
erint verę. demōstrādo Adā statim creatū
etiā an̄ pctm̄. Iste pt mori. Iste pōt pati.
Iste pōt dolere. qꝛ illaꝝ de inesse postea fue
rūt verę. scꝫ iste postea patit͛. iste moriturꝰ
potuit enī peccare. ⁊ tūc actibꝫ illoꝝ omni
bus sbiacere: sicut ⁊ factū ē. Eodē mō illę erāt
verę. Adam an̄ pctm̄ pt mori. ⁊c. pꝫ. quia
ideꝫ erat Adam ⁊ Adā ante pctm̄. Sed
ꝑncipal' intētio q̄rentis est. vtꝝ cōpossibi/
le sit Adam nō peccare: ⁊ tn̄ pati vel mori
¶Quarto est notādū. ꝙ adhuc de illis cō/ Notā 4
positis nō est dubiū de potētia dei absolu/
ta. qꝛ sic deus gratis ei dona ꝯcessit naturę
et gratię gratis datę: ita auferre potuit. et
ex cōseqnti potuit annihilari potuit dole
re. ⁊ alia hmōi sbire: de potētia di absoluta
Sꝫ de ordiata dei potētia est dubiū. vtꝝ
si Adam mādatū seruasset: vel nō peccas
set: hmōi passiōibꝫ sbiici potuissꝫ: Et fina
liter. vtꝝ de ordinata lege dei erat cōpossi/
bile Adā pati vel mori: ⁊ nūqꝫ peccare vl'
peccasse: ¶Illis pmissis sit ꝑma ꝯclō hęc. Cōclō 1
Adam patiebat͛ an̄ pctm̄ passiōe pfectiua.
ptꝫ. qꝛ sensit ⁊ itellexit res pn̄tatas. ⁊ senti
re ⁊ intelligere in hoie est quoddā pati. vt
habet͛ .ij. ⁊ .iij. de aīa. ¶Scđa ꝯclō ē hęc. Cōclō 2
Adam an̄ pctm̄ patiebat͛ passiōe resolutiua
omis corpis. pꝫ. quia calor natural' de san
guine eius formauit in eo spūs motiuos ⁊
sensitiuos. Et h̄ sine miraculo esse non po
tuit qn̄ semel ageret in membra: aliq̄ mo/
do resolutionis. igitur ꝯsequentia nota ē. et
an̄cedens patet. quia ad sentiendū requi

rebant. vel etiã ad mouendũ reqrebantur
hmõi. ꝛ cum cõtinue per naturam euolẽt:
oportuit ꝙ continue reformarent. Secun
do. quia ei ꝓceptum fuit ꝙ de omni ligno
paradisi comederet: preterꝗ̃ de ligno sciẽ
tie boni ꝛ mali. ꝛ hoc nõ fuisset ei pceptum
nisi quia sustentationi sue necessariuꝫ. Et
ex conseq̃nti sequit. ꝙ ex quo etiã in illo sta
tu indiguisset nutrimento: ꝙ in illo statu i
eo facta fuisset resolutio. nõ eñ est aliõ nu
Correl. tritio ꝗ̃ restauratio deꝑditi. ¶ Correlariuꝫ
videt mihi sequi ꝙ he erant cõpossibiles.
Adam nõ peccauit: ꝛ tamẽ famescit. sequi
tur ex ꝯdõne. quia si deus nihil ei ꝓcepissꝫ
tunc in expectando licentiã comedẽdi nõ
peccasset: sed ꝯgrue egisset. sicut Geñ. viij
Noe nõ exiuit arcam: ꝗ̃uis sciuerit cessas
se aquas: donec domin⁹ ei licentiã dederat
egrediẽdi. ꝛ quia per ꝯdõneꝫ patiebat pas
siõe resolõnis corpis cessãte mirãdo famẽ
passus extitisset: nisi dñs ꝓuenisset cũ licẽ
tia famem. qđ nõ optebat. ergo cõpossibi
les erant ille. Adam famescit: ꝛ nõ pecca
2 uit: etiã de lege ordinata. ¶ Scđm correla
riũ. videt mihi sequi. ꝙ si ignis fuisset ap
plicatus corpi Ade: in ipm egisset: ꝛ dolo
rem ei intulisset: nisi deus spẽali miraculo
ꝓhibuisset. patꝫ. qꝛ nõ videt ꝙ Adam pl⁹
potuisset ꝓhibuisse actõem ignis ꝗ̃ passi
ones intrinsecas famis ꝛ sitis. sed etiã pos
sibile erat ꝙ ille venirent ante pctm̃. ꝗ. ꝛc.
paret maior. quia maius dominiũ habu
it supra se: ꝛ ea que in ipo erant: ꝗ̃ sup acti
ones elementorum. minor ptꝫ per correla
Sa. corr. rium ꝓcedens. ¶ Sed ꝯtra ꝓmũ correlari
um arguitur. quia nunꝗ̃ pena põt ꝓcede
re pctm. modo fames ꝛ sitis sunt pene pec
cati. quia nõ habuissent hec homines in
statu innocentie. ¶ Secũdo. quia eadem
2 rõne mori potuisset sine pctõ. vt si dñs nõ
dedisset licentiaꝫ comedendi. ꝛ ipe tanto
tempore expectasset ꝙ inedia famis defe
cisset. ¶ Tertio cõtra scđm correlariũ. qꝛ di
3 cit Jsidorus. ꝙ si Adam in paradiso ino
center viueret: ignis nõ vreret: aeris inde
centia nõ suffocaret: aqua nõ sbmergeret.
nec om̃ia que nocere solent hominib; im
pedirent. ¶ Quarto. innuit glosa sup illo
4 Geñ. iij. Cum cognouissent se esse nudos:
consuerũt folia ficus: ꝛ fecerunt sibi perizo
mata ꝙ statim fracto ꝓcepto senserunt re
bellionem carnis. Et ex cõsequenti dicunt
sancti doctores ꝙ ꝗ̃diu erat homo deo obe

diens: suum inferius obediebat ei. ꝗ ignis
et omnia hmõi non lesissent Adam ꝗ̃diu
deo obediuisset. ¶ Respõdet ad hec ꝙ non
videtur mihi multum cõcludere. ¶ Ad ꝓ Ad 1
mam. ꝙ duplex est passio penosã. quedaꝫ
sequens naturam. ꝛ quedam illata per vio
lentiã ab extra illatam nature. ꝓma nõ est
proprie penosa: sed naturalis. Vñ fames
et sitis brutis insunt. quia naturales sunt
que tamen peccare nõ possunt. vnde hec
etiam corpus Ade secuta fuisset: si longo
tempore expectando licentiã nõ comedis
set: ꝛ dominus cum licentia nõ preuenissꝫ
hec eñ nõ est pena dicenda: sed magis est
a natura hominis non glorificata. ¶ Ad Ad 2
scđam. nõ valet ꝯsequẽtia. quia ꝓceptum
nature habuit de nõ interficiendo seipm
et ergo si dominus licentiã nimis distulis
set: fame vigente sb pena peccati comede
re tenebatur: ne sui occisor esset: cum domi
nus ei cibaria sufficientia presentasset. et
discretionem dedisset: qua posset per illa
se preseruare. ¶ Ad tertiam ad auctorita Ad 3
tem Jsidori dicitur ꝙ ipe loquat de facto
sed non quando ita fuisset: si ignis corpo
ri Ade applicatus fuisset: ꝛ dominus suã
actionem nõ prohibuisset miraculose. nõ
enim erat corpus eius gloriosum: sed ad
huc alterationi sbiicibile sm illum statuꝫ
¶ Ad quartam. ꝙ verum est ꝙ corpus obe Ad 4
diebat Ade prompte: nec vlla inclinatio
erat in ꝯtrarium rõnis. et hoc volunt sctĩ do
ctores. Sed nõ minus naturales opera
tiones fuissent in corpe: vt fames ꝛ hmõi
et agens extrinsecũ alterasset: stante appli
catõne. ¶ Tertia cõclusio. ꝙ iuxta ea q̃ do Cõclo 3
minus disposuit pro homie. nõ stat ꝙ ho
mo passione dolorosa fuisset passus: et nõ
peccasset. ptꝫ. qꝛ ex quo dei opera erãt val
de bona: nulla erant cũ dolore ꝓducta: ꝛ ꝗ
passio dolorosa nõ debuit habere locũ ni
si pro culpa. ꝙ ideo nõ stabat ꝙ homo do
leret: nisi culpa id exigeret: vnde cõtra pas
siones intrinsecas scilicet famis et sitis cõ
uenientissimum cibum scilicet fructus pa
radisi disposuit. Secundo. cum licentia
cum precepto preuenit: vt de omni ligno
paradisi comederet et ratione viuace pro
ductum hominem dotauit: vt famem ad
implendo preceptum dei de comedendo
preueniret: et contra passiões extrinsecas
in loco amenissimo et aere temperatissi
mo hominem collocauit. et in complexi

Cōfir oñe tempata ¶ Et ɔfirmaē. qꝛ expresse pas
sio doloris est addita mulieri in penā pec
cati. Geñ. iij per deū dicentē ei. In dolore
paries filios tuos. ergo ante pctm̄ nō fuis
Corre. 1 set dolor ¶ Correlariuꝫ. quãuis hō fm̄ sua
naturalia passibilis erat passione doloro
sa: nunq̄ tamē aliq̄ tali passus extitisset ni
si peccasset ptꝫ ex ɔclōne ⁊ eius deductōne
oēm em̄ dolorosam passionē deus pueniſ
set sua paterna custodia ⁊ indita homini
obiectio prudētia. ¶ Diceē forte. nunquid mulier ī
dolore pepisset: ⁊ pbaē q̄ sic. qꝛ naturaľ di
uisio et pressura est in dolore et cum dolore
2 ¶ Secūdo nunq̄d potuit Adam expecta
De pria re famē: ⁊ sine peccō: ⁊ sic doluisset. ¶ De pri
ma forte diceē posł: tamē q̄ꝫtum ad pñ̄oui
deē q̄ mulier sine dolore pepisset. naturali
emissione partus maturi dilatatōne sui ⁊
Ad.2 iterata ɔstrictione. ¶ Ad scd̄am. q̄ hō ra
ro indiguisset cibo: ꝓpter tēpamentū sue cō
plexionis: dulcedinē ɔtinue cōtemplatio
nis: ⁊ vim ɔfortatiuā illoꝝ fructuū para
disi p̄sertim ligni vite. Scd̄o q̄ per prude
tiam concreatam sciuisset ante famē qñ co
medendū extitisset: ⁊ si sic tūc ɔ egisset: ex
quo p̄ceptum habuit de comedendo: pec
Corre. 2 casset. ¶ Scd̄m correlariū. hec hominis im
passibilitas fuit pure ex gratia ⁊ nō ex na
tura. ptꝫ ex ɔclōne. Hec de p̄ma parte ar
2. ps ar. ticuli. ¶ Quantū ad scd̄m. Utrum hō fu
ticuli isset immortalis: Est sciendū q̄ aliq̄d di
citur immortale tripliciter. ¶ Uno mō qꝛ sue
nature vitali repugnat mori. vt angeloꝝ
anime intellectiue. ¶ Scd̄o mō. qꝛ q̄uis
2 fm̄ naturā sit d̄ genere corruptibiliū: tamē
habet aliqd̄ donū oīno corruptiōis exclu
siuū. ⁊ hec erit incorruptibilitas hoīs in post
glorificatōem corpoꝝ. quia tunc glia ani
me in tantū in corpus redūdabit: q̄ ipm̄
ab omni passione p̄seruabit. Unde beat⁹
Augustin⁹ in epl̄a ad Dioscoꝝ. Tam po
tenti natura deus fecit aīam: vt eius be
atitudine redūdet in corp⁹ plenitudo sa
nitatis. id est incorruptōnis vigor. ¶ Ter
3 tio modo diciē aliq̄d immortale: nō qꝛ nō
pōt mori: sꝫ q̄ sibi ꝓuisum est sufficiēter de
remedijs sempiternā sanitatē ɔseruātib⁹:
sine q̄cuqꝫ debilitatōe. ¶ Qua distinctōe p̄
Cōclō.1 missa est p̄ma ɔclō. ¶ Prim⁹ parēs nō erat
imortaľ p̄mo mō. scd̄o mō ptꝫ. qꝛ habuit cor
pus passibile q̄d etiā potuit mori. ⁊ post pec
catū in eo mortu⁹ est. vtꝫ Geñ. 4: et q̄ sue
nature vitali nō repugnabat mori: sic āge
lo vel anime sue q̄ sūt sine materia. Itē nec
scd̄o mō. qꝛ nō erat in glia. nō duꝫ em̄ erat
bt̄ūs p̄miatorie. ⁊ tñ sola glia est q̄ facit
illo mō imortale. Scd̄o. qꝛ indiguit cibo
vt dc̄m est: ⁊ patiebaē passione resolutōis
taľ aūt nō est immortalitas scd̄o mō dc̄a.
qꝛ ibi donū acceptū excludit oēm passiōꝫ
debilitatiuā. ¶ Scd̄a ɔclō. iuxta legē ordi Cōclō 2
natā dei nō stabat ipm̄ mori ⁊ nō peccare.
ptꝫ. qꝛ mors nō est ei innata: nisi ex trans
gressiōe mādati. vtꝫ Geñ. iij. q̄ trāsgressio
ne peccauit. ¶ Scd̄o. qꝛ vel ab extrinseco 2
inducta fuisset ei mors: vel ab intrinseco:
nō ab extrinseco. qꝛ ab h̄ de⁹ p̄seruabat tē
peramēto loci ⁊ hoīs custodia spēali q̄ nihil
ei lesiuū aduenire pmisit. nec ab intrīseco.
qꝛ oēm debilitatē lignū vite sufficiēter refor
mauit ⁊ in eodē vigore sustinuit: suo tem
pore comestū: q̄d homo indita sibi prudē
tia sciuit. nisi dicas q̄ hō potuisset nolle co
medere: vel se in ignē vel aq̄ꝫ in sua spōte p
iecisse. ⁊ si sic: tūc peccasset. qꝛ p̄ceptū de co
medendo ex eo habuit. Geñ. iij. de omni li
gno paradisi comedes: ⁊ ɔ sui nocumētuꝫ
habuit p̄ceptū nature ⁊ inditā sibi prudē
tiā. ¶ Tertia ɔclō homo fuit imortalis ter Cōclō 3
tio modo. probaē sic. ei sufficiēter puisū fu
it de remedijs sempiternā sanitatē hūnib⁹
cōseruare ergo ⁊c. ɔñ̄a tenet ex notabili. et
añs ptꝫ qꝛ anime data fuit vis ⁊ scia q̄ cor
pus suū per lignū vite ⁊ alia ligna paradi
si in sempiterna sanitate potuit conseruare.
igiē añs verū. tenet ɔñ̄a. ⁊ añs ptꝫ. qꝛ illa ē
cōditio ligni vite. vt dicit mgr dis. xvij. c.
ix. Stabilis sanitas. ꝑpetua soliditas nul
la infirmitas. nulli⁹ etatis imbecillitas. et
nō in pei⁹ vel ī mortē declinabilitas. Et su
mit a dictis venerabiľ Bede ⁊ strabi ī glo
sa q̄ hoc dicūt Geñ. iij. c. Correla. hō non Corre.
dr̄ fuisse imortalis in statu innocētie. qꝛ ñ
potuit mori. qꝛ potuit peccare et mori: sic
factū est: sed qꝛ potuit nō mori: ⁊ qꝛ iuxta le
gem cōditoris nō potuit mori: nisi pecca
ret. patet ex conclusione ista ⁊ p̄cedente
¶ Scd̄m corre. illa hoīs imortalitas non Corre.2
fuit eiusd̄ spēi cū angeloꝝ imortalitate. pꝫ
qꝛ illi nō pñt mori. ¶ Tertiū corre. nec fu Corre.3
it eiusdē spēi cū imortalitate corpoꝝ glifi
catoꝝ pꝫ qꝛ etiam illi ñ pñt mori p pctm̄:
sic potuit hō. Item illi sunt sani perpetua
sanitate glorie sine nutrimenti acceptione
et taliter non erat homo: sed indiguit nu
trimento. Itē vita hominis est cū resolōne

obiectio et non beatorũ in corpore. ¶ Fortassis di/
cetur. homo erit passibilis ex nutrimento
ergo etiam mortalis. probatio ꝯñe. conse
cuta passio debilitat ⁊ ex ꝯseq̄nti dispõit
ad mortem. ⁊ añcedens patet. quia opor/
tebat nutrimentũ conuerti in sb̃stantiam
aliti, quod nõ poterat esse sine actione cõ/
trariorum. ⁊ per cõsequens in agendo repatie
batur. quia om̄e agẽs in agẽdo repatitur.
2 ¶ Secundo. q2 in superflua nutrimẽti emit
tendo ad minus patiebat̃ sensu olfactus.
eo ꝙ talia superflua naturalit̃ mali odoris
2. pncı. sunt. ¶ Secundo. quia videt̃ ꝙ patiebat̃
calore estatis sup calefactõnẽ. ⁊ frigore hy
emis infrigidatonem. ergo inordinate di
sponebat̃. ergo videt̃ ꝙ mori potuisset: eti/
am si nõ peccasset. ꝯsequentię note sunt. ⁊
añcedens patet. quia illę sunt causę agen/
tes naturales ⁊ applicatę homini. ⁊ ex cõ/
sequẽti secluso miraculo agent in hominẽ
sicut dicit correlariũ scd̃m secũdę ꝯclõnis
3 partis p̄cedentis. ¶ Et tertio. nũq̄d homo
fuisset sb̃ tempore. ⁊ ex ꝯseq̄nti senio defe/
cisset. iuxta textum phi. 4. phisicorum. quia
om̄ia q̄ sũt sub tempe senescunt sb̃ eodem
4 vel pariũ̃ a tpe. ¶ Quarto. quomodo po/
mum potuit conseruare in sempiterna vir
tute: cum vtiq3 videat̃ ꝙ non possit nutri/
re: nisi corpus sua alteratõne aliq̄lit̃ indis/
Ad 1 ponendo. ¶ Ad hęc respõdet̃ ad p̄mam. ꝙ
homo nõ patiebat̃ ex nutrimẽto: nisi perfe
ctiue in illo statu. Et ad pbatõem dicit̃ ꝙ
nõ opter semp agens vel dirigens cibum
indisponi a cibo. hoc em̄ solũ habet locum
vbi cibo discõueniens põt alterare corpus
quod in statu illo respectu illius naturalis
simi cibi: quẽ hominis vsui deputauit de/
us: nõ habuit locum. potuit em̄ plus vir
tus corpis humani resistere q̄3 cibo discõ/
uenienter alterare. ¶ Ad scd̃am: de superflui
Ad 2 tate cibi dicũt quidã. ꝙ homo in statu in/
nocentię nõ plus recepiss3 de cibo q̄3 sibi fu
isset congruũ. ⁊ sic nõ fuisse aliq̄d superfluũ
sed totum in naturã nutriti cõuersũ. Istã
solõnem reprobat beatus Thomas p̄ma
parte sum. quęstio. xcvij. articlo. iij dicens
ꝙ hoc nõ videt̃ rõnabile ꝙ in cibo nulla fe
culentia fuisset ad nutritõem inepta. ⁊ iõ
dicit aliter ꝙ oportuit superfluitates emitti: s3
fuisset diuinitus prouisum ne ex hoc aliq̄
Ad 2 indecentia prouenisset. ¶ Ad scd̃m argu/
pncipa. mentũ: ꝙ locus ille tanti est temperamẽti ꝙ ibi
calor estatis ⁊ frigus hyemis nullã lesiuã

faciunt alterationem: sed semp est plenus
delicijs: omnibo suis fructibo indefectibi/
liter redimitus: semp viridis ⁊ hũano vsui
conuenientissimus. ¶ Ad tertiũ. ꝙ sic: sed Ad 3
quamuis homo sb̃ tempe fuerat: tamẽ q2
indispositõem mediũ non habebat extrin
sece a tempe nõ patiebat̃. ⁊ quãuis ex diũ
sa partium cõplexione senesceret: tamen li
gno vitę in iuuentute stabili ⁊ semp eadẽ
remansisset: vnde nõ senuisset. ¶ Ad quar Ad 4
tum. ꝙ ligno vitę tantę virtutis erat: vt a
nimã in eadem virtute cõseruãdo sibi ęq̄
purum humidu3 ex cibo formaret: sicut il
lud quod ante resolutiõe3 habuerat. ⁊ sic
in eodem statu cõseruabat. Unde beatus
Augustinus. xiiij. de ciuita. dei dicit. ꝙ ci/
bus aderat homini ne esuriret potus ne si
tiret. lignum vitę ne illũ senectus dissolue
ret. Unde contra resolutõnem humidi ra
dicalis habuit fructus cõmunes paradi/
si. Et ne humidũ impurius esset quod ge
nerabat̃: ligno vitę animę sb̃ueniebat̃: vt
ęque purum faceret. ⁊ sic semp in eodẽ sta
tu cõseruabatur. quia cum duobo in ho/
mine modis ad senectutem disponit̃ con/
tra vtrumq3 de remedio erat prouisum: cõ
tra resolutionem humidi comestione com
munis cibi paradisi: contra impurificati/
onem accepti remedio ligni vitę: qd̃ sum:
ptum animę virtutem dabat in eadẽ pu/
ritate conseruãdi. teste beato Augustino i
libro de quęstio. vete. ⁊ no. testamenti di/
cente: ꝙ vitę arbor vice medicinę quodã/
modo corruptõem omniũ prohibebat: ta
men non simpliciter immortalitatem cau
sabat. ¶ Ex quo patet ꝙ sumptu3 ad tem
pus p̄seruabat: quo finito iterum sumẽdũ Corre.
erat: vel homo fortassis ad paradisu3 fu/
isset translatus. Hoc de secunda parte arti
culi. ¶ Quo ad tertiã partem videndũ est
An adhuc homo possit preseruari ne mo tertia ps
reretur: scil3 post lapsum in peccatum? et tertij ar.
de quęsito. ¶ Ubi p̄mitus premitto nõ es
se dubium quin per potentia3 dei homo
posset semp preseruari in vita ⁊ in sanita/
te: etiã in corpore. quod quantũ est ex na/
turalibo esset transmutabile ad aliam for
ma3. quia hoc omnipotentię non derogat
Secundo. etiã nõ dubitatur quin deus
possit facere talem locum: in quo homo
positus per adminicula loci ⁊ ibi existen/
tia sp posset manere. hęc ei oia deũ posse i
ei⁹ oipotẽtia sunt inclusa. q2 qd̃libet istorum

fieri nõ implicat. Sed est pncipale dubi
um tractandũ. Utrũ sm pmeuã producti
onem mundi sit aliquis locus in quo hõ si
ne nouo miraculo possit preseruari ne mo
reret: sicut dictum est ꝙ potuit in paradi
Cõclo. 1 so ante pctm̃. ¶ Ad cuius terminatõem ẽ
conclusio pma hec. ꝙ lignũ vite etiã post
pctm̃ sepe sumptũ habet virtutẽ conserua
tiuã hominis in ppetuo vigore et sanitate
sine debilitatione sensibili. Istam tetigi in
pmo articulo in cõclusione vltima: dicen
do ꝙ paradisus etiã post pctm̃ esset locus
homini naturalis ⁊ cõueniẽs. Sz dimis
sis illis probo conclusionẽ auctoritatibꝰ ⁊
auctas 1 rõnibꝰ. ¶ Prima auctoritas est Gene. iij.
vbi dominꝰ dicit dixisse angel. Ecce Adã
factus est quasi vnus ex nobis: sciens bo
nũ et malũ. nunc ergo ne forte mittat ma
num suam: ⁊ sumat etiã de ligno vite ⁊ co
medat ⁊ viuat in eternũ. vbi mãifeste do
minus innuit ꝙ etiã post pctm̃ comestum
habebat virtutẽ viuificãdi ⁊ pseruãdi in e
ternũ saltem interrupte comestum. ¶ Se
2 cunda est beati Augustini in libro de que
stio. ve. ⁊ no. testamẽti dicẽtis. Gustus ar
boris vite corruptiõem corpis ihibebat: de
niqz etiã post pctm̃ potuit insolubil' rema
nere si permissum esset illi edere de arbore
vite. ¶ Tertia auctoritas est Richardi de
3 sancto victore dicentis. ꝙ Adam habuit
ante peccatum corruptibilitatem post pec
catum corruptõnem. sed vtroqz modo per
esum ligni vite potuit sustentari. ¶ Secũ
Pmarõ do probat ꝯclusio rationibꝰ. qr vel lignuz
ꝯclonis vite habuit naturalẽ vim cõseruatiuã in
sanitate ⁊ vigore respectu humani corpoꝝ
vel per miraculũ? Si naturaliter: tunc cũ
natura in eo nõ sit mutata nec in suscipiẽ
te post peccatũ: ita post conseruabit sic an
obiectio te. ¶ Si dicatur. ꝙ nõ habuit illam natu
nis solo 1 raliter: sed ex miraculo. hoc est vt videt ĩ
probabile. quia non videt probabile ꝙ a
miraculo sit nominatũ lignum vite. qa sic
quodlibet lignũ posset vocari lignum vi
te si deus vellet ex eo comedenti dare vir
tutem perpetuo remanendi: sicut posset de
virtute sua: licet illam virtutem non habe
ret natura ligni. ¶ Item tunc frustra dixis
2 set dominꝰ Gen. iij. ꝙ comedens ex eo viue
ret in eternum. quia post pctm̃ nõ potuis
set hoc lignum: nisi deus per miraculũ vo
luisset secum fuisse operatus: sicut nec an
te hoc habebat per aduersarium. ¶ Forte

dicetur ꝙ ante pctm̃ cum vires inferiores obiectio
erant anime obedientes: fuit homo magis
preseruabilis qz post peccatũ postqz sensꝰ
incepit obuiare legi rõnis. quia tale bellũ
intrinsecũ multum debilitat ṽtutes natu
rales. ¶ Secundo arguit magister Pe 2
trꝰ de tharantasio. quia Gen. iij. dr: Qua
cunqz hora ex eo comederis: morte morie
ris. id est necessitatus eris ad mori. ḡ non
potuit p lignũ vite a morte pseruari. ¶ Ter 3
tio. quia iumẽta nõ pseruant nec possunt
pseruari per esum ligni vite: ⁊ homo est cõ
paratus eis per peccatuz. vt dicit psalmi.
psal. xlviij. ergo nec homo. ¶ Quarto sic 4
arguit. quia nõ poterat d mortuo facere vi
uum: cum hoc sit soliꝰ dei. ergo nec d mor
tali immortale. probatio ꝯseqntie. qr ma
ius esset facere de mortali immortale: cum
differant genere. vt dicit. x. metha. de cor
ruptibili ⁊ incorruptibili: qz de mortuo vi
uum que habent fieri circa idem genꝰ. Ob
has tres vltimas rõnes Petrus de tharã
tasio tenet ꝯclusionẽ contrariã dicti. xix. se
cundi. questio. scda. articlo scdo. Sed sm
veritatem salua reuerẽtia doctoris hec ni
hil cõcludunt de posse: nec de natura ligni:
sed solũ de esse. ¶ Unde ad pmã concedit Ad 1
ꝙ conseruabilior erat homo ante peccatũ
qz post. sed nõ in infinitũ. Et ideo cõsequen
ter concedendũ est: ꝙ post pctm̃ sepius in
diguisset vti ligno vite vt nõ moreretur qz
ante peccatũ: eo ꝙ virtus eius natural' ege
bat pluri confortatiuo: propter plura bel
la interiora ⁊ plures dispositõnes ad mor
tem. sed vno modo ⁊ alio si permissus fuis Ad 2
set vti: fuisset a morte pseruatus. ¶ Ad ra pedibus
tiones magistri Petri de tharantasio. Ad natura
primã dicitur. ꝙ sententia dei obligabat ho
minẽ ad sel' mori: ⁊ iõ etiã obligabat eum
ne comederet de ligno vite. vnde eiectus ẽ
vel emissus est de paradiso vt operaret ter
ram de qua sumptus est. ⁊ de illa vixerẽ qñ
eum a morte preseruare non valeret. non
autẽ claudebat sentẽtia dei omĩpotentiaz
quin hominẽ posset semper cõseruare: nec
mutauit naturas rerum quin si de ligno vi
te edere permissus fuisset semp vixisset: ni
si deus naturalem vim eius suspendisset. Ad 3
¶ Ad tertiam. quicquid sit de antecedẽte cõ
sequẽtia nõ ẽ bona. quia illud lignum ha
bet illam vim super homines: nõ super be
stias. qd enĩ est homĩ cibꝰ: forte bestijs est
venenum. et ecõtra. vt aranee sunt cibus

auicularum:ꝛ venenū homini. Auctori/ tas psalmiste loquit̄ de statu homis ꝗ ad animā p̄ncipaliter: puta ꝙ secutus est sen sum transgrediendo mandatū ꝛ nō rōnē rectam. ¶ Ad quartā: ꝙ lignū vite non fe cisset hoīem immortalē: sic ꝙ nō potuisset mori. vt dictum est in p̄cedenti prte articu li. sed mortalem existentē semp̄ incolumē seruasset debitis horis successiue p̄lies sū/ ptum. ¶ Ex conclusione hac correlarie seq̄ tur: ꝙ adhuc homo per virtutes mūdo cō/ creatas possit p̄seruari vt semp̄ viueret: et nunꝗ̄ moreret̄. p̄tz per ꝯclōnem. qꝛ ita pos set fieri per lignum vite. ¶ Secunda ꝯclu sio sequit̄. ꝙ est possibilis aliq̄s locus sup̄ terram: vt paradisus in quo homo posset semp̄ viuere. patet ex ꝯclōne. p̄ma. quia li gnum vite hominē existentē in paradiso: adhuc p̄seruaret sicut tunc: vt in ea dedu/ ctum est. ¶ Tertia conclusio. nō vid̄r ꝙ ali quis locus sit talis locus. patz. qꝛ omīs a/ lius locus est homini concessus ꝛ in nullo concessum est ei p̄petuari. ergo ꝛc. ꝯsequentia nota est. ꝛ an̄cedēns pro p̄ma parte patz. quia p̄pter peccm̄ nō est exclusus nisi d̄ pa radiso: totam terrā residuā dedit ante ei de us. ꝛ etiā post peccm̄ ei dimisit. Et pro secū da parte patz ex sentētia dn̄i p̄us allega/ ta. quia statutū est hominibꝫ semel mori. ¶ Dicet̄ de triuallis: ꝙ historie tradant ibi hominē nō posse mori. Et ideo p̄hus. ij. to picoꝝ dicit nō sequi: bonuz est interficere patrē in triuallis. ergo bonum est interfice re patrē. Et respōdet: ꝙ ibi homines more rent̄ sed difficulter. debilitantur enim: ꝛ ergo vtiqꝫ tandem sequeret̄ mors. sed quia ibi difficulter moriunt̄: filij videntes suoꝝ pa rentum miserias cōpatiendo ip̄is in tan/ tis angustijs ꝛ cruciatibꝫ constitutis: vel eos interficiūt: vel ad aliam patriam du/ cunt: vbi nō est illa influentia: sic an̄ie cuz corp̄ore conseruatiua. Et quicq̄d dico: ne scio si sit verum super quo fundat̄ argum̄ tum. Hoc de tertia parte: et ex cōseq̄nti de toto articulo.

Ad 4 — Corre. — Cōclo 2 — Cōclo. 3 — obiectio

Ad rationes prin

cipales. ¶ Ad p̄mā neget̄ maio: ad p̄maz probatōem eiꝰ d̄r: ꝙ nō om̄e qḋ sequit̄ p̄n cipia intrinseca est simpl̄r naturale. q̄uis forte sit naturale materie. sed nō esset icō/ ueniens ꝙ aliq̄d tale materia nūꝗ̄ ꝯseq̄re tur. puta si semp̄ maneret s̄b vna forma p̄ p̄seruatōem. nec hoc est ei p̄p̄rie violentū: ꝛ quia nō minꝰ naturaliter est materia sub vna forma ꝗ̄ s̄b alijs. quia cū forma nata est esse: ꝛ quo ad essentiā eius nō plꝰ vnā appetit ꝗ̄ aliā. homi aūt vel cōposito cor ruptio inq̄ztum h̄mōi nō est natural̄ sim/ pliciter: cū sit ꝯtra naturalē inclinatōnem forme. Q̄ꝫ aūt. v. p̄hisicoꝝ in fine: dicunt̄ corruptōnes naturales: itelligit̄ ꝙ sint mi nus violēte. sicut si morit̄ quis ex senio na turalius d̄r mori ꝗ̄ si gladio. ¶ Ad sc̄dā probatōem maioris ꝙ verū est ꝙ appetitꝰ desiderij materie est ad aliā formā. sed ille est cum ꝯfusione ꝛ indeterminatōe. ꝛ ḡ in/ finitas formas pōt recipere quas nūꝗ̄ ha bebit. nec in hoc frustrari dicit̄ qꝛ confusio appetitus satiat̄ p̄ semp̄ esse s̄b aliqua for/ ma. ꝛ ita est si s̄p maneat cū ea quā habet. et ergo nō est eius appetitus frustra: sicut angelus in patria vel homo in via natu/ ralit̄ in ꝯfuso omnis s̄cibilis appetit ꝯgni tionē: sicut p̄fectōem sui intellectus. īfini/ ta tamē s̄cibilia nunꝗ̄ in particulari sciet: nec in hoc frustratur vel violentat̄. qꝛ suffi cit bono pro scire visio beatifica. et viatori cognitio possibilis sibi pro via. ¶ Ad secū dam p̄ncipalem respōdet̄. negando maio rem. quia compositū ex elementis contra/ rijs potuit ꝛ posset adhuc per esum ligni vi te in perpetua sanitate cōseruari. Ad p̄ba/ tionē concedit̄ ꝙ calidum agit in humidū et consumit: sed lignū vite sumptum eque pure ꝛ sufficienter restituisset. ¶ Ad tertiā: concedit̄ maior. ꝛ negetur minor. ꝛ ad pro bationem dictū est quomō s̄b equinoctia li est paradisus terrestris in secūda cōclu/ sione p̄mi articuli quo ad sc̄dam parte eiꝰ et quomō ibi pōt esse temperies: in solutōe tertie dubitatōis more ꝯ sc̄dam conclusi/ onē. ¶ Ad. 4. ꝯcedit̄ an̄s. et neget̄ ꝯn̄a. et ad p̄batōz ꝯcedit̄ ꝙ vbicūq̄ fuisset hō po/ sitꝰ: calidū desiccasset huīdū. sꝫ qꝛ p̄ eq̄ pu/ rū restiturū s̄p mās[i]sset vita. ¶ Ad. 2. p̄bati onē ꝯcedit̄ ꝙ hō in p̄adiso potuit debilita/ ri: sic ꝙ potuit idigere accipe cibū: sꝫ nō a sanitate destitui. qꝛ cibi p̄ntiā huit sufficiē tē ꝛ discretōꝫ ad p̄ueniēdā debilitatē. ¶ Ad v. ꝯcedit̄ ꝙ h̄ erat p̄ lignū vite. ꝛ neget̄ mi nor. ad p̄batōez ꝯcedit̄ ꝙ lignū vite. i. fru/ ctꝰ eiꝰ comestū in alam corp̄is fuisset ꝯsū ꝛ q̄ sic fuisset corruptibile. ꝛ ex h̄ seq̄t̄ ꝙ fuit finite virtutis: ꝛ ob hoc etiam conceditur

Ad rati ones p̄n cipales — Ad 1 — Ad 2 — Ad 3 — Ad 4 — Ad 2 p̄batōez — Ad 5

q̄ semel comestū non suffecisset ad semper viuere: sed ad longū: et post iterato comestum omnem pristinam dispositionē ad mortem remouisset. ⁊ sic hominem semp̄ stabili sanitate conseruasset. ¶ Ad rationes post oppositum. prima est pro dictis in secunda et tertia ꝯclusionib⁹ secunde ꝑtis tertij articli. Ad aliā rōnem que videt agere ꝯ scd̄z correlariū secū de ꝯd̄onis p̄me partis tertij articuli. vbi dictū ē q̄ si ignis applicatus fuisset Ade ꝑmo parenti: egisset in eum. Et ratio arguit q̄ mors nō potuit quicq̄z ante peccatū: ideo respōdet ad eam q̄ q̄uis ex gratia hoc deus disposuit vt nō esset mors: nisi per pctm̄. vt dictū est in tertia ꝯd̄one illius partis articuli: ⁊ in correlario vltimo eiusdē partis: tamē quo ad naturā possibilis erat mors etiā si nūq̄ adā peccasset. Unde si corpus Ade fuisset derelictum extra paradisum: vbi lignū vite attingere nō potuisset: etiā si nō peccasset: tamē mortuus fuisset. q̄r mors debet nale animalis vel homīs: etiā ex suis naturalibus. Uez est q̄ probabile est q̄ sine peccato viuēs mortuus fuisset sine dolore sensi⁹ ex extinctione humidi radical': sicut ignis in lampade. ¶ Ad improbatōem q̄ mors ē pena: que n̄ potuit esse ante pctm̄. Respōdet q̄ ꝓprie sic mors nō fuisset pena: s; natura. Et est verū q̄ de facto fuit pena peccati: eo q̄ ꝓpter pctm̄ ablata sunt ei gratuita quib⁹ potuit nō mori. sed potuit nō eē pena. vt si conditus homo sue nature dimissus extitisset sine illis remedijs ⁊ sine pctō vixisset: sine dubio ex senio defecisset. et sic mors ei nō fuisset pena. sed debita ex natura. Docte q̄stiōe.

Ad rationes p⁹ opposi.

ad imp.

Redecimo

querit circa easdem distinctiones. Utrū pueri in statu innocētie geniti fuissent tam in aīa q̄z in corpe a natiuitate perfecti? Que questio vnū suppōit. s. q̄ in statu innocentie fuisset ḡnatio. Scd̄o querit Utrū pueris sic genitis inesset tā aīe q̄z corpis ꝑfectio. ¶ Cōtra suppositū arguit sic. In statu innocētie nō fuisset corruptio ergo nec ḡnatio. ḡ pueri nō fuissent geniti vltima ꝯseq̄ntia nota est. ⁊ p̄ma p;. q̄r generatio ⁊ corruptio sūt opposita. ⁊ illa habēt fieri circa idem. Itē tenet auctē phi primo de celo ⁊ mūdo p̄te q̄rta. añs p;. quia Adam in statu illo vel etiā Eua non fuissent mortui: imo erant vno mō imortales vt dcm̄ est in p̄cedenti questiōe. ¶ Confirmatur sic. quia in paradiso nō potuit esse decisio. ergo nec generatio puerorum. ꝯseq̄ntia nota est. ⁊ añcedens p;. q̄r seminis decisio disposuit ad corruptōem: que ī co statu esse nō potuit. ¶ Scd̄o sic. quia vel fuisset generatio: virginitate salua: Et h̄ nō quia nō videt possibile sine miraculo q̄ virgo pariat ⁊ integra corpe ꝑseueret. hoc enī soli virgini Marie videt esse ꝓprium. Uel viginitate amissa: ⁊ hoc nō. q̄r status innocentie nō debebat esse ante pctm̄: s; ꝑditio tam nobilis rei. sicut est v̄ginitas per comparatōem ad eā videt esse status indecentie. ¶ Et ꝯfirmat. q̄r sine pctō nō debebat p̄di aureola sed aureola debet v̄ginib⁹. ergo ⁊c̄. ergo nullo mō videt fuisse ibi facta. Et hoc videt esse de mēte Damasceni dicentis q̄ sine corpali cōmixtōne posset deus multiplicare genus humanū: si stetisset in paradiso. sed quia vidit peccaturos: ido masculū ⁊ fēminā creauit eos. Idem dic̄ Gregorius nicenus in libro quē fecit de homine. ¶ Cōfirmat tertio aucte beati Augustini. xiiij. de ciuita. dei. q̄ si nō peccassent: sine corruptōne integritatis infunderet maritus in gremio vxoris. ergo videt voluisse q̄ nō fieret ḡnatio corruptōne virginitatis. ¶ Tertio ꝑncipaliter. quia angeli non habent nec nutrent. Mathei. xxij. modo dic̄ Damascenus q̄ homo fuit in paradiso sicut angelus q̄ uidā. ergo nullus fuisset ibi genitus. ¶ Deinde arguit: q̄ pueri fuissent in corpore perfecti. ꝑmo quia ꝑfecti mente nascunt etiā ꝑfecti corpore. sed ante peccatū omnes nascerent perfecta mente. igitur. patet maior per beatum Augustinū in libro de baptismo paruulorum dicentem: q̄ infirmitati mentis congruit hec infirmitas corporis. minor pat;. quia omnis infirmitas mentis est ex peccato. vnde omnes fuissent nati in iusticia originali. ⁊ sic mente perfecti. ¶ Secundo sic. Si fuissent nati paruuli et nō perfecti: non suffecissent sibi pro victu acquirendo. ergo potuisset fuisse pena ante peccatum. ꝯseq̄ns falsum. et consequētia tenet. quia famem patientes et sibi prouidere nō potentes penam sentiunt. ¶ Tertio sic. Multa alia animalia nascuntur perfecta in corpore. ergo me-

ꝯ sup. arguit. 1

Cōfir.

argu. 2

Confir.

Confir.

argu. 3

p̄ q̄stio

2

3

p̄ime homo ante pctm̄ qui nobilissimū est
animaliū. tenet ꝯseq̄ntia. qꝛ nobiliori ani
mali secluso peccato domin⁹ debebat pui/
dere de congruo: de pfectioribꝰ naturalib⁹
et de modo essendi pfectiori. añcedens pa/
arguit 4 tet de porcis: vitulis ꝛc. ¶ Quarto. pueri fu
issent statim nati in maxia afflictōne ꝺ sua
impfectōne ꝛ impotentia in mēbris. hꝰ au
tem ante peccatū esse nō poterat. patz ma
ior. quia naturalr̄ sequit̄ dolor ex impoten/
tia cōsequendi desideratū. modo pueri na
ti naturalē habebant inclinatōem ad mo
tum membroꝝ. ꝛ ḡ nō posse hꝰ consequi: fu
arguit 1 isset dolorosum. ¶ Tertio loco arguit̄: ꝙ fu/
issent pfecti mente. pimo sic. qꝛ Adam in
illo statu fuit pfectus mēte. ergo ꝛ filij eius
ꝯseq̄ntia tenet. qꝛ qualis fuit p̄m⁹ homo:
tales filios generasset. añcedens pꝫ. qꝛ fu/
it productus cum virtutibꝫ ꝛ sciētijs omi/
bus. vt videt̄: quia productus fuit in per/
fectōne corpis. vt dicit btūs Augustinus
sup Geñ. ca. xix. xx. ꝛ xxj. libri sexti. ꝛ mul/
tomagis decuit vt cum pfectōne mentis
vnde videt̄ ꝙ pductus fuerit cū omi sciē
arguit 2 tia ꝛ virtute. ¶ Secundo sic. fuit pductus
perfectus in scientia. ergo ꝯña nota est. q̄a
scientia est pfectio mentis. vj. ethico. añs
probat̄. qꝛ ignorātia causata est ex pctō ex
quo quattuor nobis inflicta sunt. scꝫ igrā
tia. infirmitas. malicia. ꝛ cōcupiscētia. vt
dicit Beda. mō ante peccatum nō fuit pec
arguit 3 catum. ergo nec ignorātia. ¶ Tertio. quia
paruuli fuissent pfecti in iusticia. ergo i sci
entia. ergo in tota anima. probat̄ conseq̄n
tia. quia perfectio scientię pfecisset intelle
ctū ꝛ iusticię affectū. ergo totā animā. ꝛ p̄/
Corre. 1 ¶ Correlariū. Si Adā stetisset: ex eo aliquod bonū filijs additū fuisset: quod ipse nō accepit. patet per cōclusionem scilicet nullum damnandum ex eis fuisse nasciturum.

Corre. 2. ¶ Secundū correlarium sequi videtur. quod quamuis peccare potuissent. vt dic cōclusio quarta. nullus tamē mortaliter peccasset. quia ille mortem ad minus temporalem subijsset. vt ante tactum est in ratiōe probante cōclusionē. Hoc de. iiij. arti.

Quartodecimo

q mo queritur circa distinctionem vigesimā primā. Utrum sicut omnis tentatio est peccatum: sic peccatum primi hominis tentatōne cōmissum sit omnium peccatorum grauissimū?

Suppō. Que questio vnum supponit. scilicet quod omnis tentatio est peccatum.

arguit. 1 ¶ Contra quod arguitur sic. Nulla tentatio est peccatum. igitur. consequentia tenet. antecedens probatur. quia in hoc homo nō peccat quod vitare nō potest. sed tentationē vitare nō potest. Unde beatus Augustinus. Nō est in potestate nostra a quibus moueamur. igitur etc.

arguit. 2 ¶ Secūdo sic. tentatio cui nō consentitur nō est peccatū. modo bene stat tentatio cui nō consentitur. igitur patet maior per Gregoriū dicentē quod tentatio cui nō consentitur nō est peccatum: sed materia exercende virtutis. et minor est manifesta.

arguit 3 ¶ Tertio, quia xps tentatus est Math. iiij. Abraam tentatus est Gen. xxij. Item beatus Petrus inquit. Tentatio vos nō apprehēdat: nisi humana. ergo cum isti nō peccauerint: et humana tentatio permissa sit: non videtur quod omnis tentatio peccatum sit.

¶ Secūdo loco questio querit. Utrū peccatum primi hominis tentatione cōmissum sit grauissimū?

p suppo arguit. 1 ¶ Pro cuius parte affirmatiua arguitur sic. Illud est grauissimū omniū peccatorum quod est minus remissibile. sed primū peccatum est huiusmodi. igitur etc. maior nota est. quia tale vtique videtur esse adequatū in malo bonitati dei in bono que est infinita. et ergo esse videtur infinitum. minor patet. quia peccatum angeli fuit irremissibile. ergo et primorum parentum. probatur consequentia. quia vtrumque est auersio a deo ad bonū cōmutabile. ergo si vnū et aliud. Item infinita pena punitur peccatum hominis in his qui perdūtur sicut angeli. quod nō esset nisi ei adequaretur. antecedens patet. quia diaboli pena est eterna. vt habetur Math. xxv.

argu. 2 ¶ Secundo sic. quanto tantū est malum siue peccatum: quantū bonum adimit. sed primi hominis peccatum infinitū bonum ademit: immo maximū bonum ademit. ergo. patet maior per beatū Augustinū in enchiridion dicentē. Non est malū nisi quia nocet: et non nocet nisi quia bonum adimit. minor probatur. quia ademit immortalitatē homi. quod durasset in eternū. Secūdo. quia vniuersale fuit omni homini: et omnes dānauit.

argu. 3 ¶ Tertio sic. tanto peccatum est grauius quanto fit a debiliori impellente. sed primorum parentū peccatum fuit a debilissimo impellēte. ergo. patet maior per phm. 7. eth. dicentē. si quis a fortibus et superexcellētibus passiōibus vincatur nō est admirabile: sed cōdonabile. patet minor. quia tētatio primi hois nō erat nisi ab extra cū in eo nō fuit cōcupia vel intrinsecū idīnās sic in ceteris. igitur.

argu. 4 ¶ Quarto. peccatum quod subiecat fortissimū est grauissimū. sed peccatum primum est huiusmōi. patet maior. quia vt dic Greg. i omel. cū augentur dona: rōnes crescūt donorum. et quod maiorē fortitudinē a dō recepit: grauius peccat si se cōtra aduersarios nō defendit: sed vinci permittit. minor patet. quia primus hō fuit productus valde bonus. scilicet in naturalibus integris: qualis postea nūquam aliquis productus fuit: nisi xps et ego mater. ergo fortissimus fuit.

argu. 5 ¶ Quito. peccatum illud est grauissimū quod morte filij dei nō potuit curari siue sufficienter medicari. sed primum peccatū est huiusmodi. igitur. patet maior. quia meritū filij fuit infinitum: sicut persona merens

infinita: ergo peccatū grauissimū est: pro quo illud nō sufficit: patz minor de his q̄ pereunt et damnant: quorū nullus dāna/tus fuisset: si Adam stetisset. ¶ Confirma-
Cōfir tur. q2 post mortem filij dei mansit fomes peccati in christianis. g̃ nō videt sufficien-
psuppo. ter remediatum. ¶ Sed pro supposito est magister in lr̃a dicēs. q omnis tētatio car-nis est pctm̄: et eadem ratōne omnis alia. ergo &c. tenet consequētia. et maior est magi-stri. minor patz. q2 omīs tentatio est in cō-trariū diuinę legis. Et ergo videt q omnis sit quo ad hoc similis: q si vna est pctm̄: et
Cō q̄situz alia. ¶ Sed cōtra quęsitū est: q pmi parē-tes non sunt transgressi: nisi mandatū di/sciplinę. modo multa alia sunt pctā graui-ora: scilz quibꝰ transgredimur legem natu-rę. vt in blasphemia vel latrocinio delibe-rato. igit. ¶ In questione erunt duo articu-li. Primus de supposito. Utrum omīs tē/tatio sit pctm̄. Secūdus de quęsito. vtrz peccatum primoꝝ parentuz fuerit grauis-simum.

Quantum ad pri/

Arti. 1 mum est sciendū. q tentatio cōtra quā ora-mus in oratiōe dn̄ica: cum dicimus. et ne nos inducas in tentationē: est motus vel actus natus inclinare hominē in aliquod
Notā. 2 malum. ¶ Secundo est notandū: q finis
Notā 3 tentatōnis est sumere experimentū de boni-tate vel malicia eius qui tentat. ¶ Tertio. q ad tentatōem cōiter tria concurrunt. pri-mus est actus defectuosus. scilz inclinans in malū. Scd̄m est intentio finis. scz expe-rientia de bonitate vl' malicia voluntatis. Tertiū q tentans hoc intendat. scz et de-ducere ad malū: et experiri volūtatis statū
Corre. ¶ Correlarie sequit q deus nō tentat pro/prie. patz. q2 nō inclinat ad malū. Itē nec experientiā quęrit de statu voluntatis. cuz omnia nuda sint et aperta oculis eius. ad Hebre. iiij. et hęc tamē sunt de essentia ten/tationis. vt dictū est. Unde Jacobi pmo Deus intētator malorū est: ipe aūt nemi/
Oppōit nem tentat. ¶ Sed cōtra dicet. q2 Gene. xxij scribitur. Tentauit deus abraā. Dici-tur q hoc intelligit metaphorice. non eniz tentauit: vt ad malū induceret: nec vt ex/periretur obedientiā Abrahę quam ab ęter-no nouerat: sed vt illam alijs manifestarz et in exemplum relinqueret. Unde glosa ibi

dem. nunc cognoui quia timeas deuz. id est alios cognoscere feci. ¶ Quarto est no/ Notā 4
tandū. q s̄m magistrū hic est duplex ten/tatio. scilz carnis. et demonis. Et sumit ea-rum diuisio sic. quia omīs motus ad illi/citū vel ē a motore cōiuncto. et sic dicit car/nis. vel a motore sepato. et sic est tentatio
demonis. ¶ Sed dices. Nōne est aliqua oppōit. 1
tentatio mūdi: certū est q sic. ergo diuisio
est insufficiens. ¶ Secūdo sic. omīs tenta- 2
tio est a diabolo: ergo diuisio nō est per op/posita. pbat añcedens. per glosam Hie-ronymi sup illud psalmi. Dīcede a malo et fac bonū: dicentē. omnia mala pcedunt ab instinctu diaboli: sicut omīa bona ab i/
stinctu dei. ¶ Et cōfirmat. quia cuz caro sit Confir.
instrumentū demonis. et actio instrumen/ti reducit ad pncipale dirigēs: sequit q tē/tatio carnis est etiā demonis. Idez dicit glosa sup illud Jacobi tertio. Inflamma-ta est a gehēna diabolus flammā viciorū qua semp ardet: omibꝰ ingerit. Et aposto-lus ad Galathas. v. enumerat quędā pec-cata spūalia: cum dicit. Manifesta sunt opera carnis: quę vident ptinere ad demo-nem. Dicit em̄ q opa carnis sunt ire: rixę dissensiones. quę sunt spēs spūalium ten-tationum. igit nō vident differre. &c. ¶ Re- Solū
spōdet: q tentatio mūdi duplex est. Una est pure ab extra. vt cum tyrāni persequebā-tur martyres. et hęc et cōsimiles reducūtur ad tentatōes diaboli. Alia est quę habet radicem ab intra. quia fundat super amo/rem sui. vt cum quis quęrit ea quę sūt mū-di pncipaliter. sicut honorem: vanā glori-am: dilectionem mūdi sine ordine: et hęc reducunt ad tentationē carnis. q2 ex fomi-te carnis corruptę originē duxerunt. et er/go tentatio mundi sb his est comprehen-sa. ¶ Ad alias ratōnes omnes dicitur: q duplex est tentator. Unus immediatius et comū erus: et iste in mltis casibꝰ est caro
Alius remotus qui est extrinsecus. ¶ Se- 2
cundo: q tentatōnes carnis bene sūt a dia-bolo originalit. vnde demon cū pmos pa-rentes peccare fecit: fomitē peccati posteris induxit. vnde ab adolescētia omīs caro p-na est ad malū. vt habet Gen̄. ix. ¶ Tertio
etiam qnq3 sunt tentatōes a solo demone 3
vt dic glo. Math. iiij. cum demō tētauit xp̄m. Itē qnq3 sūt a sola carne: demone nō actu suggerēte vl' se pingēre: vt cū qs illicit a cōcupiscētia sua: sine demonis suggesti/

4 oñe vel inflammatōis. ¶ Item quarto qñ
ꝙ coniungunt demon ⁊ caro. demon eñ
carnē inflammat: que inflāmata ad malū
inuitat. Per hoc solute sunt alie rōnes. cō
cedendū est eñ ꝙ omnis tentatio est a de
mone originaliter. ⁊ a causa remota. ⁊ hoc
volunt auctēs adducte ⁊ etiā rōnes. cū hꝫ
tamē stat ꝙ quādoꝗ demon per se tentat:
quādoꝗ caro per se: quādo demon cū car
5 ne. ¶ Quinto est notandū ꝙ ꝯ tentatiōes
diaboli que spūales sūt: nihil tam salubre
est sicut inuocatio nomīs Jesu. Juxta il
lud Johe. ij. Quicūꝗ īuocauerit nomē do
mini salu⁹ erit. qḋ nomē est exp̄ssum a cu
qꝛ nō est aliud nom̄ datū hoīb⁹ in q̄ opor
tet nos saluos fieri. Sed tētatiōes carnis
ad illecebras humilitas requirit ad deū
⁊ ieiuniū ⁊ carnis maceratio ad seipm̄. q̄a
hoc genus demonioꝝ nō eijcit: nisi in ora
Cōclō. 1 tione ⁊ ieiunio. vt dic euangeliū. ¶ Quib⁹
p̄missis sit p̄ma ꝯclusio hec. Omīs tenta
tio carnis est pctm̄. Probat sic. qꝛ oīs mo
tus illicitus qui est in ptāte homīs semp
est pctm̄. Sed tētatio carnis est hmōi. igr̄
maior nota est. ⁊ minor pꝫ. qꝛ tentatio car
nis vl' fit volūtate: scꝫ ex defectu p̄seruatio
nis debite: ⁊ est tentatio: ⁊ est ad illicitū. scꝫ
vel in venerea vel vindictā. ⁊ alia hmōi.
Uel fit a nāa: sic ꝙ homo nō pōt cohibe
re: ⁊ tūc nō est pctm̄ nec tentatio p̄prie nisi
tunc homo añcedent fuisset causa illi⁹ mo
tus. Hec est mgr̄i in lr̄a. Et beat⁹ Augu.
in de ciui. dei dic: ꝙ nōnullum viciū est cū
caro ꝯcupiscit aduersus spm̄. est eñ prim⁹
motus intellect⁹. s. cū cōplacētia illecebre.
Cōclō. 2 ⁊ talis est pctm̄ veniale. ¶ Scd̄a cōclusio.
Tentatio demonis vel mūdi sine añcedē
Corre. te ꝯsensu nō est pctm̄. pꝫ. qꝛ nō est volūta
riū m. ⁊ sine illo nihil est pctm̄. ¶ Correla
riū m. Ingestiones q̄s sepe dicit demon in
homine. in verbis blasphemie vel hmōi
homine ꝯnitente nō sunt pctā. sequitur ex
ꝯclōne. Hoc de. i. art.

Arti. 2 **Quantū ad secū**dum articulū de trib⁹ volo videre. Primū
an pctm̄ p̄mi parētis potuerit esse venia
le: Scd̄o. vtrū fuerit remissibile: Et ter
Cōclō. 1 tio de quesito. vtrꝝ fuerit maximū pctōꝝ:
¶ Quo ad p̄mā partē est ꝯclusio ista hec
ꝙ pctm̄ solū veniale stare nō poterat cum
originali iusticia. Probat sic. qꝛ cū omni
moda rectitudine nō pōt stare aliq̄ obliq̄
tas. sꝫ originalis iusticia erat omīmoda re
ctitudo: ⁊ pctm̄ veniale obliq̄tas. igit. pꝫ
maior de se. qꝛ nō est idem: siml' oīno rectū
⁊ aliquo mō curuū. pꝫ minor quo ad pri
mā partē. qꝛ nisi originalis iusticia fuisset
oīmoda rectitudo homīs ſm se: dn̄s p̄du
xisset hoīem ex aliq̄ parte deformē vel cur
uū. qḋ nō est dōm. qꝛ deus vidit cūcta q̄ fe
cerat: ⁊ erant valde bona. pꝫ minor. qꝛ al's
pctm̄ veniale nō esset pctm̄ nisi essꝫ obliq̄
tas a rōne. ¶ Scd̄o sic. pena ⁊ innocentia 2 pꝫ sꝫ
nequeūt siml' stare stante lege. sꝫ om̄e pec
catū est pena: ⁊ ei debet pena. ⁊ original' iu
sticia est innocētia. igit. pꝫ maior. qꝛ inno
cens nō punit ſm legem. pꝫ minor. qꝛ om
ne pctm̄ est pena. ſm Augustinū. statuisti
dn̄e ⁊ iustū est. vt omne viciū sit sibi pena
Item original' iusticia innocētia est. qꝛ sta
tus innocentie appellat. ¶ Tertio. vbi nul
lum dominiū est sensualitatis: ibi nō ē pec
catū veniale. qꝛ hoc ex ea orit. sꝫ in primo 3 pbat
homine nullū erat dn̄ium sensualitatis.
igit. pꝫ minor. qꝛ vt dic btūs Augu. q̄ diu
homo obedinit deo: tamdiu vires inferio
res obediebāt ei. ¶ Quarto. qꝛ sequeret: ꝙ 4
idem esset debitor pene ⁊ non esset. pbatio
ꝯñe. qꝛ pctōri veniali debet pena: ⁊ insuper
in statu innocētie remanēs nō essꝫ debitor
pene. ¶ Quinto. añ pctm̄ mortale non po 5
terat esse seq̄stratio mētis a deo. ḡ nec veni
ale. ꝯñā tenet ex eo. qꝛ veniale ad purga
toriū obligaret. ḡ aliq̄ mō a deo elongaret.
pꝫ añs. qꝛ deus mentē nō d̄sereret: nisi mor
taliter se auerteret. ¶ Sexto. qꝛ originalis 6
iusticia p̄seruabat hoīem cū ligno vite ab
omī corpali dolore. ḡ magis a spūali cum
adminiculo dulcedinis diuine. ¶ Correlari Corel.
um. Nō potuit p̄mus parēs venialit' pec
care: ⁊ in originali iusticia remanere. pꝫ ex
ꝯclusione. ¶ Scd̄a ꝯclusio. Impossibile Cōclō 2
erat p̄mū parentē p̄mo peccare solū venia
liter: sic ꝙ nō mortalit'. Probat sic. qꝛ im
possibile erat eum p̄dere iusticiā originalē
nisi pro mortali. sꝫ in quolibet pctō perdi
disset iusticiaꝫ originalē. igit. pbat maior.
qꝛ iusticia originalis p̄seruabat a morte: ⁊
eius p̄ditio obligabat ad mortē tpalem ⁊
eternam: nisi per gr̄am remediaret. hec au
tem nulli cōueniūt inducere: nisi mortali.
minor pꝫ ex ꝯclōne ⁊ correlarijs p̄cedenti
bus. ¶ Sed ꝯtra arguit satis apparēt sic. ꝯ q̄sitū
Cui nō repugnat aliq̄s defectus: illi non arguit.

repugnat dispositio ad mortale. igit sicut
Adam potuit peccare mortalr: ita ante po
tuit venialiter disponendo se ad mortale
patet maior. quia dispositio p̄cedit habi/
tum. vt in p̄dicamento q̄litatis. z. ij. et hi.
habet. patet minor. q2 venialia multa. vt
2 vult Augustin⁹: inducūt mortale. ¶ Se/
cundo sic. quia q̄cquid trāsit de rectitudie
ad maiorē obliquitatē transit p minorem
sz Adam in statu innocētie existēs transi/
uit ad mortale pctm̄ de innocētia. g cuz in
nocētia sit rectitudo: mortale pctm̄ maior
obliquitas: z veniale minor: Adam trās/
eundo de rectitudine ad mortale videt ne
cessario transisse p veniale. patz maior. q2
nō est transitus de extremo in extremū: ni/
si per mediū. z ptz minor. q2 transgredien/
3 do mandatū mortalit peccauit. ¶ Tertio
sic. Qui pōt maius pōt minus. sed adam
existens in innocētia potuit maius. s mor
tale. g potuit vēiale. maior est cōis animi
4 cōceptio. z minor est de se nota. ¶ Quarto
quia dicit btūs Augu. q Adam putauit
pctm̄ suū fuisse veniale: qd fuit mortale. sz
non putasset hoc: nisi p̄mo potuisset pecca
re venialiter. igit. ptz minor. q2 nō erat de
5 ceptio añ pctm̄. ¶ Quinto sic. q2 potuisset
posteris Ade sup p̄cepta data p̄ri addidis
se ɔsilia: dato q Adam nō peccasset. g in
statu p̄mo potuit esse pctm̄ veniale. pba/
tio ɔnę. q2 sicut trāsgressio p̄cepti est mor
talis: ita transgressio ɔsilij est venial. añs
Confir. videt notū. ¶ Et ɔfirmat sic. q2 potuit vel
lex deus ad aliquod nouū ɔsiliuz obligari
hoīem sb veniali. g saltē potuit p̄muz esse
veniale. ɔña nota ē. z añs pz. q2 hoc nō vi
6 det implicare. ¶ Sexto quare nō potuissz
dixisse verbū ociosum: z tale esset vēiale.
patz minor. q2 al's nō teneret homo de eo
Confir. reddere rōnem. Cōfirmat. q2 mulier dicē/
do serpēti. ne forte moriamur: ociose videt
7 dixisse forte. ¶ Septimo. ɔfirmat⁹ in grā
pōt venialiter peccare. g z Adā in statu in
nocētię. tenet ɔña. q2 maioris dignitatis
est gratię abūdātia q̄z origiāl' iusticia. añ/
cedens ptz de aplis. q2 dr̄ p̄mę Johā. p̄io
Si dixerim⁹ q2 pctm̄ in nobis nō est: nos/
ipos seducim⁹: z veritas in nobis nō est.
p solōne sciendū. ¶ Pro solōne istaz est sciēdū q rectitudo
originalis siue status innocētię vel origia
lis iusticię sicut inclusit omnē z plenā viri
um inferiorū sbiectōem: sic exclusit omnis
peccati admissionē eo remanēte: sic omni/
moda rectitudo exclusit omnē curuitatē.
originalis autē iusticia erat oīmoda recti/
tudo. q2 in ea erat pfecta ordinatio mētis
in deū: z pfecta sbiectio viriū inferiorū. et
hec vtriqz stare nō poterāt cū quocūqz q̄n/
tulibet paruo defectu. ¶ Correlarie sequit: Corre. 1.
q in illo statu nō poterat hō agere cōtra
deum: nisi ex cōtemptu. patz. q2 nulla erat
debilitas partiū inferioz vel inclinatio in
trinsecā z nulla ignorātia. Et ergo hō erat
semp sciens quid agendū: z semp pōtens
id agere sine labore vel pena. Et g si ɔtra
egit: h erat q2 nolēs illū statū obseruare. q̄a
sciuit z potuit in eo manere. Nolēs autez
obseruare statum sibi inditū cōtēnit indi
torē. z hoc est ppositū. ¶ Secūdo sequit. Corre. 2
q nō poterat homo i illo statu agere ɔ de
um: nisi peccādo mortaliter. ptz ex p̄ceden
ti: q2 solū ex ɔtemptu z q2 nolēs. ¶ Tertio Corre. 3
sequit q nō potuit in illo statu venialiter
peccare: ptz: quia veniale fuisset ɔ deū. ali
as pctm̄ nō esset: nec deus ipm puniret: et
hoc nō poterat esse in illo statu: p p̄cedēs.
eo q nō poterat agere hō ɔ deu: nisi mor/
taliter. ¶ Quarto sequit. q licz status gra 4
tię sit efficacior q̄z stat⁹ originalis iusticię
quo ad vitę meritū. tñ status original' iu/
sticię erat efficacior: q̄tū ad sbiectōem vi/
riū inferioz. ptz p̄ma pars. q2 ex originali
iusticia potuit hō stare: sz nō mereri. z ecō
tra est de statu gratię. q2 homo pōt mereri i
eo. q2 charitas z opera ex ea p̄cedētia me/
rent vitā eternā. ptz secūda pars. q2 in sta
tu gratię pp̄ter fomitē est rebellio viriū in/
ferioz cogēs hominē ad peccata venialia
vt dicit Johēs in p̄ma canonica. ca. p̄io
sicut etiā Paulus vas electōnis cōqueri
tur ad Roma. vij. Sentio legē in mēbris
meis: ɔtrariā legi mētis meę. ¶ Quinto se 5
quit. q charitatis status vel gratię admit
tit peccata venialia: quę status originalis
iusticię nō admisit. sequit ex p̄cedēte. q2 ex
quo nō est plena sbiectio viriū inferioruz
in statu gratię: pōt ex infirmitate cōtinge
re pctm̄ veniale. vt cōcupię carnis vel hu
iusmodi leuis culpa charitatē non exclu
dens. q2 sine ɔtemptu factū. Secus in il
lo vbi erat oīmoda rectitudo z plena sub/
iectio viriū iferioz: pp̄ter quā sine cōtem/
ptu homo peccare nō potuit: et iō veniale
ibi eēn̄ potuit. ¶ Per hec m̄det ad obiecti
ones. ¶ Ad p̄ma. q ē duplex dispositio. q̄ Ad 1
dā necessaria ad habitū sicut organisatio

corporis pro recipienda anima: et de illa est maior vera et minor falsa. quia veniale non est est necessaria dispositio ad mortale: sed contingens. Pot enim quis existens in gratia sine veniali medio peccare mortaliter. Et de tali dispositione contingenter concurrente maior est falsa. Unde si quis recepisset legem de seruanda omnimoda rectitudine sub pena mortis: omnis obliquitas esset ei demeritoria mortis. Non status originalis iusticie erat lex omnimode rectitudinis: et ideo cum eo non stabat obliquitas venialis: nec etiam eam tollere poterat: eo quod eius ablatio necessitauit ad mortem per legem: que pro veniali non debetur: ideo non poterat primum peccatum esse veniale. ¶ Ad
Ad 2 secundam. negetur maior. quia etiam in statu presenti potest iustus intrare mortale peccatum sine veniali medio. Et ad probationem dicitur quod non est transitus de extremo in extremum: nisi per medium in motu successiuo. Sed mutatio inter contradictoria est de contrario in contrarium et in omni mutatione subita ad aliud extremum sine medio. vt ante dictum est de volitione quod fit in instanti. Tamen certum est quod latitudinem habet. non inter statum iusticie originalis et mortalis culpe nihil mediat. sed necessario manet iuxta legem ordinatam vsque ad contemptum. Etiam veniale peccatum non est proprie medium inter statum gratie vel iusticie et peccatum mortale. sed in statu presenti est medium per abnegationem inter esse reum eterne mortis et esse immaculatum. quia talis qui est in veniali solum non est immaculatus nec debitor eterne mortis. ¶ Ad tertiam dicitur quod in agentibus actiuis se habentibus quam maius potest: vt superare decem: etiam potest minus. scilicet superare quinque.
Ad 3 sed in passiuis non oportet. quia non oportet si quis superari potest a decem quod possit vinci a quinque. non peccare est vinci. et ideo non oportet si Adam potuit vinci temptatione ducente in mortale: quod poterat vinci temptatione ducente ad veniale quia talis temptatio in eo statu locum non habebat.
Ad 4 ¶ Ad quartam dicitur quod in Adam ante peccatum non fuit opinio falsa. et ergo dictum beati Augu. non intelligitur quod putauit peccatum esse veniale quod agebat per inobedientiam contra mandatum dei. sed dictus Augu. vult quod putauit ipsum esse veniale. i. per penitentiam emendabile. et ita erat: deo dante gratiam. ¶ Ad quintam. vocando
Ad 5 consilium contra quod agendo solum venialiter peccaret statui innocentie repugnabant consilia sicut omnimode rectitudini omnis obliquitas. et si quicquid deus indixisset filijs Ade in illo statu ad penam mortis et perditionis illius status

obligasset. non enim (vt dictum est) poterat contra agere nisi ex contemptu. ¶ Ad confirmationem ad confirmationem quod sicut contradictionem implicat idem esse rectum et non rectum diuisim: sic contradictionem implicat esse innocentem et ex culpa esse debitorem pene ita etiam contradictionem implicat quod sit status innocentie et quod aliquod consilium obliget ad solam culpam venialem. eo quod sequitur bene. est innocentia ergo est omnimoda rectitudo etc. et vltra ergo respectu consilij diuini obseruandi est rectitudo intellectus: est etiam potentia voluntatis sine quacunque obliquitate virium inferiorum. Et vltra. ergo non potest contra agere istis stantibus nisi ex nolitione et contemptu. et ergo solum mortaliter. et ergo negetur quod in statu innocentie per consilium potuit hominem obligare ad solum veniale. quia omne quod sibi indicebatur obligabat eum ad seruationem eius sub pena mortis. vt dictum est. ¶ Ad sextam. quod implicatio est quod sit omnimoda rectitudo. et quod verbum ociosum ab ea procedat. quia cum omnimoda rectitudine semper in omnibus quererentur honor dei: tam dictis quam factis. et ergo nullum dictum fuisset ociosum: nec potuit esse quod homo aliquid diceret quod ad honorem dei non ordinaret. et sic deum suum contemneret: et rectitudinem dimitteret. quando nisi sciens et volens in hoc dicto a dei honore deficeret. et ex consequenti deum contemneret. quod est mortale. ¶ Ad septimam. quod mulier in eo statu non dubitauit de dicto dei ante peccatum. nec ociose dixit forte: sed est ibi aduerbium non dubitandi. sed euentus. vnde tantum valet. ne forte moriamur. ac si dixisset. ne eueniat nobis mors. vbi non est aliquid ociosum. ¶ Ad octauam. negando consequentiam. ad probationem patet quid dicendum ex quinto correlario premisso. quia status gratie licet sit maioris dignitatis quo ad meritum: est tamen propter infirmitatem carnis minoris dignitatis et potestatis: quo ad subiectionem virium inferiorum. et ergo in eo potest esse concupiscentia et prurit[us] carnis et temptatio carnalis que sunt venialia: que in statu originalis iusticie esse non poterant propter omnimodam subiectionem virium inferiorum. vnde non poterat ibi contingere peccatum: nisi mortale. Hoc de prima parte arti. ¶ Quo ad secundam partem restat videre: vtrum peccatum primum fuerit remissibile. ¶ Pro quo notandum est quod peccatum esse remissibile potest intelligi dupliciter. vno modo quia est veniale quod non meretur mortem eternam.
Sc̄da pars Noti. secundo modo quod licet sit morte eterna dignum: tamen ex diuina misericordia permittitur peccatorem in via penitendi quod potest dei misericordiam implorare et implorando non ex suis meritis. i. ex dei gratia impetrare. ¶ Qua
Concl. 1

distinctōe p̄missa est p̄ma ɔclō hec. p̄muz
pctm̄ nō fuit remissibile p̄mo mō: imo nec
erat possibile vt p̄mū pctm̄ esset p̄mo mo/
do remissibile. p; ex dictis in p̄cedēte pte.
Cōclo.1 q: nō poterat esse veniale. ¶Scd̄a ɔclō ꝙ
pctm̄ primi hoīs erat remissibile scd̄o mō.
p;. q: nō posuit eū extra statū viatorū. s;
dimisit eū in statu q̄ ex dei miscdia potuit
de suo pctō penitere ⁊ veniā a deo obtinere
q̄ diu eī viuit hō nō ē sibi dī miscdie ianua
clausa: s; possibil' etiā d̄ lege ordiata. ¶Et
obiectio si dicat. ꝙ pctm̄ in sp̄m scm̄ est hoī irremis/
sibile. Math. xij. d: ꝙ ibi irremissibile nō
dicit impossibilitatē s; difficultatē. p̄ōt em̄
de' cōuertere obstinatū in q̄libet gn̄e pai
et in illis sex q̄ sūt in sp̄m scm̄. de q̄bȝ forte
postea dicet. Hoc de scd̄a pte art. ¶Uenio
Notā. ad tertiā ptē articli. s. ad vidēdū. vtꝝ fue/
rit maximū pctōꝝ. ¶Pro q̄ notādū est ꝙ
nō q̄rit: vtꝝ fuerit maximū pctm̄ p̄moꝝ
parentū simplr. q: pctm̄ angeli fuit maius
q: a fortiori nāa cecidit. vn̄ ⁊ irremissibi/
le ē. Itē nō q̄rit: vtꝝ fuit maximū eoꝝ qd̄
tūc erat inē hoīes. q: sic credit cōit: mulie/
ris pctm̄ fuisse mai' pctō viri. vn̄ ⁊ mulie/
ri maior pena a deo inflicta ē Gen. iij. et ꝙ
tūc nullū erat pctm̄ hoīs grau' pctō mulie
ris. S; q̄rit: vtꝝ fuit maximū pctōꝝ qd̄
potuit esse seu etiā qd̄ postea futuꝝ erat in
Notā.2 ter pctā hoīs. ¶Scd̄o ē notādū. ꝙ pecca/
ti magnitudo pt dupl' attēdi. Uno mō i/
tensiue ⁊ s̄m ei' essentiā ⁊ circūstātias. alio
mō extēsiue. q: plibȝ nociuū. sic volūtas q̄
vellet ciuitatē pire: q: eā nō diligeret: vel
aliq̄ remisso odio eā odiret: extēsiue grauius
peccaret q; q̄ intēso odio vnū ex eis vellet
pire: l; staret ꝙ s. d̄o intēsiue pl' peccaret.
Notā.3 ¶Tertio est notādū. ꝙ cū act' huani dicā
tur bōi ⁊ mali ex circūstātijs. vt hr̄ in. iij. e/
thic. ꝙ act' mal' p̄ncipalr intēsiue dr̄ ma/
lus ex tribȝ: q̄ sūt p̄ncipales circūstātie. q;/
uis etiā alie circūstātie grauēt ei' maliciam.
¶Dr̄ em̄ mal' act' eo peior ꝙ est magis vo
1 lūtari': ⁊ maiore delectatōe fact' ⁊ etiā ma
2 iore conatu. ⁊ h̄ tenet se ex pte faciētis ¶Se
cūdo p̄ncipalr ex pte finis. s. q: ad peiorē
finē intēdit opans. vt grauī' peccaret q̄ vene
nū paret ad intoxicādū p̄ncipē: q; q̄ idē ve
3. nenū paret ad intoxicādū ciuē. ¶Et tertio
dr̄ act' intēsiue peior ex pte ipellētis. q̄ eīz
fit a debiliori ipellēte dr̄ peior q; a fortiori i
pellēte fact'. Adduntur etiā alie circūstan/
tie. q: fit ɔ bn̄factorē ⁊ sic est ingratitudinis

Itē q: fit in loco solēniori vbi ē mag' ꝓhi/
bit'. Itē q: in tpe festiuo: vbi min' deberet
fieri. vel ex instro. ⁊c. i q̄bȝ oībȝ intētio ma/
licia cēntialr seq̄l p̄mā ɔd. nō ē magis. l;
conatū maiore volūtar'. ¶Quarto ē notā Notā4
dū ꝙ p̄mi hoīs pctm̄ adhuc intēsiue fuis/
se maximū inē pctā hoīm pt itelligi vel in
gn̄e vl' in spē vel in nūero. ⁊ illic tertī' mod'
est mag' ad p̄ns. ¶Quīto ē notādū: ꝙ pri Notā.5
mū pctm̄ ppetratū est solū tentatiōe ad ex
q: caro oīmode an̄ pctm̄ erat rōni subiecta
nō em̄ erat rebellio carnis an̄ confusionem
criminis. ¶Istis p̄missis sit p̄ma ɔclio hec. Cōclo 1.
Lic; p̄ma pctm̄ fuisset finitū intensiue: ta
mē aliq̄ mō fuit infinitū extēsiue. p̄ma ps
p;. q: ɔsensus q̄ mulier ɔsensit serpēti ⁊ ele
ctio q̄ elegit comedere fuerūt finite intensi
ue. q: q̄litatē infinitā nō potuerūt ꝓduce/
re. scd̄a ps p;. q: in eo fuit radix toti' hu/
mane nāe viciata. vn̄ q̄tū est ex pte ei' in
finitis hoībȝ ex eis gn̄andis fuisset occasio
dānatōis: nisi finē poneret de': ⁊ ex merito
filij aliq̄bȝ p grām redderet sal'. ¶Correla Corre.1.
riū. ex p̄ma pte videt ꝙ ip̄m idē pctm̄ i nu
mero potuisset fuisse pci' intēsiue q; fuit. p;
q: ex q̄ p p̄mā ptē fuit finitū intēsiue: nihil
ꝓhiberet ip̄m fieri cū maiore conatu volū
tatis q; fiebat: ex q̄ finitū erat ⁊ conat' fini
tus. ⁊ sic pei' extitisset. ¶Scd̄o seq̄t ex scd̄a Corre.2
pte ꝙ de lege dei ordinata fuit maximū qd̄
vnq; seq̄ debebat vl' poterat esse extēsiue. l;
actu finitū etiā extēsiue. p;. q: de lege ordi
nata dei nō poterat aliqd̄ aliud pctm̄ se ex
tēdere ad totū gen' hoīm sic illō. Et q: q̄/
dā nō infinitū. s. aptitudine extēdendū
q: radicē inficiebat. s; scd̄a ps ꝙ extēsiue ē
finitū p;. q: tota mltitudo hoīm q̄bȝ nocz
vel nocuit vel nocebit est finita. ⁊ g̃ etiā ip
sum q̄ ad mltitudinē cui erat nociuū. Ue
rū ē ꝙ h̄ nō est ex eo: q: ip̄m (vt dic̄ secun/
da ps ɔclōnis) infinitā mltitudinē natuz
eēt inficere. s; erat ex deo finē gn̄atōis hoīz
facere. ¶Scd̄a ɔclo. ꝙ l; nec in gn̄e nec i Cōclo.2
spē fuit maximū intēsiue: fuit tn̄ maximū
intēsiue in ordine ad ꝓuocatm̄ vl' q̄tū est
ex inducētis ipulsiōe: ⁊ ex eadē pte maius
Eue q; Ade. p̄ma ps ꝙ nō in gn̄e p;. quia
pctm̄ angeli fuit grau' pctm̄ q; hoīs. g̃ i ge
nere oīm pctōꝝ nō erat grau'. Scd̄a ps ꝙ
nec in spē p;. q: pctm̄ in sp̄m scm̄ ē grau' sic
etiā nec in sua spē fuit maximū itēsiue qd̄
potuit esse: p p̄mū correlariū ɔclōnis p̄ce
dētis. Utꝝ in spē sup̄bie fuerit maximū

simplr̄: manifestū ē q̄ nō. q: sup̄bia ange-
li maior fuit. Sz v̄tū int̄ sup̄bias homi-
nū post dicet. Tertia p̄o p̄z. q: leuissimo si-
ebat impulsiuo. s. solū ab ex. q: caro pene
sbdita fuat rōni. nec serpēs habuit adiuto-
rē in tētando ab intra sicut nūc fere oīa pctā
que secuta sunt fiūt tentatōne ortum ha-
bēte ex carne: q̄ fortior ē q̄z sola tentatio ab
ex. vn̄ oīa alia pctā secuta. facta sūt demōis
suggestiōe saltē mediate vl' imediate ⁊ car-
nis rebellione: ⁊ sic fortiori ip̄ellēte. Sed p̄c-
cm̄ Eue debiliori ip̄ellēte q̄ Ade. p̄z. q: eua ce-
cidit sola tētatōe demonis ⁊ adulari qui
hoī excelsus esset ꝗ nō inim̄ etiā dicebatur erat.
Sz Adā cecidit p̄suasiōe vxoris quā z na-
turalr̄ diligebat ⁊ ꝯtristari nō volebat: et
etiā suggestiōe itenori vl' occulta demonis.
⁊ q̄ grauius ip̄ellēs erat in Adā q̄ī Eua: vn̄
Cōclo. 3 ⁊ grauius a dō punita est. vt dcm̄ ē. ¶ .iij. cō-
clusio. q̄ mlta sūt secuta pctā grauiora ...
tēsiue maiora ex p̄te inclōis male electio-
nis interioris ⁊ ex p̄te finis q̄ sic eligēdo intē-
debat. p̄z q̄ ad p̄mū q: illō qd̄ eligebat a
muliere q̄ grauius peccauit: vt dic̄ vltia p̄o
ꝯclōnis p̄cedentis: in nullius malū fuit: sz in
p̄priā exaltatōem mō tal' electio nō videt
fuisse intēsiue ex p̄te conat' volūtatis: ita in-
tensa sic intēsa fuit electio Jude in traden-
do xp̄m vl' intētio electōis q̄ reputauit se
veniā ꝯseq̄ nō valere: ⁊ seip̄m oīvenia red-
didit indignū. Itē ex p̄te finis. p̄z ꝯclusio
q: qd̄ desiderabat p̄mi parētes. s. esse sicut
dij: nisi fuisset eis ille mod' p̄hibit': nō fu-
isset illicitū. nō eni est credēdū q̄ aliq̄s vo-
luerit esse sicut de' p̄ eq̄litate ꝯgnitōis vl' vni-
uersal' dominij. q: h̄ eua serpens nō p̄mitte-
bat nec etiā q̄ volebat sibi vsurpare domi-
niū simplr̄. sz potius q̄ volebāt scire p̄ expe-
rientia bonū ⁊ malū q̄ de' p̄fectissime ꝯg-
uit. Et h̄ si nō fuisset p̄hibitū ipis: nō fu-
isset malū. vt mgr̄ dicit in l'ra q̄ didicerūt
q̄ bonū esset obediētia: ⁊ p̄ experiētiā q̄z ma-
la esset inobediētia. mlta aūt pctā sunt po-
stea secuta q̄ erat ad huc simplr̄ et natura
sua illicitū: sic odiū dei: blasphemia: vendi-
tio saluatoris ex p̄te Jude ⁊c. ¶ Quarta cō-
Cōclo 4 clusio. q̄ pctm̄ Eue nō fuit intēsiue necī se
nec in suis circūstātijs q̄lificātibus ei' inten-
tionē de p̄ se maximū. p̄z. q: q̄ ad ea q̄ de p̄
se faciebat: q̄ ad intentōem act' scz respe-
ctu electōis in se respectu finis p̄p̄ quē ⁊ i
alijs h̄mōi videl' q̄ mlti postea grauius pecca-
uerūt vt iudei fortiori conatu volūtatis ad

mortē saluatoris: et peiore fine. s. vt h̄rent
hereditatē dei. vt h̄r Mat. xxi. scz vt lucra-
tiuū dominiū h̄rent sup̄ sbditos i lege sua
quā videbāt imutādā baptismo xp̄i ¶ cor-
re. Intēsiue nō dz dici pctm̄ p̄moꝝ pentū
maximū. p̄z ex ꝯclōne. Sz ē dubiū vtrū
attēta sua malicia intēsiua ⁊ extēsiua debe-
at vocari maximū pctōꝝ: ⁊ si in eo primi
parētes mortui extitissent fuissent grauissi-
me puniti pēa sens' plus q̄z aliq̄s alter p̄
ꝯcupiscentia vno pctō mortali. ¶ p̄ q̄ est q̄nta cō- Cō. 5
clusio. ⁊ p̄babile videt' q̄ nō demerebant' il-
lo pctō maximā penā sensus respectu oīm
dānandoꝝ hoim p̄bat' sic. q: vl' pctm̄ de-
bet puniri iuxta ea q̄ de p̄ se faciūt ad ei' in-
tensionē: vel etiā iuxta dāna ex eo secuta
q̄ puidere potuit p̄ticulari'. vel etiā q̄ ad
ea q̄ nec de p̄ se nec de p̄ accn̄s intēdebat o-
perās. Si p̄mū p̄ correlariū q̄rte ꝯclōnis.
et p̄ ip̄am p̄z: q̄ q: nō est maximū intēsiue
nō debet' ei maxia pena. Si scd̄m. tunc ad-
huc nō debet' ei pena: nisi iuxta ei' intensio-
nē ⁊ gn̄alē dānificatōem quā intulit iq̄ztū
illā tenebat' p̄custodire: ⁊ nō cauit. mō illa
nō dz addere duplum pene: sic faceret de-
ctio in duplo peior. Et nō pōt rōnabilit' di-
ci tertiū: q: oīa talia sūt extrīseca actui. ⁊ q̄
nō tm̄ addūt sic faceret dupla intētio ac-
tus iterioris: paꝝ eni meriti vl' demeriti ad-
dit circūstātia accidētalr̄ ꝯcurrēs: nō de p̄
se nec de p̄ accidēs intēta: sic act' exterior pa-
rū vel nihil s̄m alios addit sup̄ meritū ac-
tus interioris ¶ Confirmat'. q: vtrūq; in p̄ti-
culari nō sciuit q̄ hoies deberēt de eo dscē-
dere. q̄ nec p̄ cuiuslibet originali pctō me-
ret' spēali pena puniri: sz solū p̄ gn̄ali omis-
sione ꝯsideratōis q̄ pctm̄ suū si peccaret re-
dūdaret in posteros. ¶ Et tertio. q: nō est
notū si sciuit se accepisse iusticiā originalez
p̄ se ⁊ oībus posteris. sic nō p̄sciuit suū casū.
et q̄ nō p̄ q̄libet ex eo nasciturо merebatur
spēali pena puniri. ¶ Correlariū. nō videt'
q̄ pctm̄ p̄moꝝ parētū aliq̄ mō fuerit respe- Con5a
ctu alioꝝ pctōꝝ hoīz maximū nisi quo ad
impulsū ⁊ extēsionē. p̄z ex ꝯclōnibus. q: nec
fuit maximū intēsiue: nec fuisset maximū
quo ad penā. Hoc de .ij. arti.

His premissis re-
spōdet' ad rōnes p̄ncipales. ¶ Ad p̄mā n̄e-
get' minor p̄sertim q̄ ad primos parentes
Ad brm̄ Aug. q̄ itelligit q̄ nō est in p̄ratje

a quib9 ab extra moueamur vl' incitemur
in tentatiões in gñe.sz tñ erat i ptāte pmi
hois.nec tentari ab intra vl' a carne si nõ
peccasset. Scdo verũ est q nõ est in ptāte
hominis:nõ tentari a demone:et ideo ita
nõ est pctm:nisi ex ɔsensu interiori supue/
niente.vt dcm est. Tertio q est i ptāte no
stra in spē nõ tentari.i.singlariter debite p/
seruādo nos ɔ datā tentatõem:sic est i po
testate nr̃a qõlibet singlare pctm vitare in
spē:q̃uis in gñe nõ possim9 vitare peccatũ
Ad 2 sicut nec in genere tentatões. ¶ Ad secun/
dũ: q Grego.loquit de tentatõe exteriori et
nõ de interiori.vñ pugna carnis q̃uis cõ/
sensus nõ sequat pctm est:et g̃ negẽ maior
Ad 3 ¶ Ad tertiũ.q xpi tentatio solũ fuit ab ex/
tra:nõ a carne:De tentatõe Abrae dictũ
est in positiõe:q nõ erat pprie tētatio. Ad
auctem apli:q in hoc nõ dat auctem sub
eundi tētatões carnis:sz pmittit in gñe
illas passiões et tentatões q̃s hõ in gene
re neq̃t euitare. ¶ Ad rões factas ɔ que
Ad 1 situm. ¶ Ad pma:negẽ minor:et ad imp/
5 q̃stiu3 batõez ei9 d: q nõ est sile de angelo et de ho
mine.q2 angel9 peccauit in nãa forti:hõ i
nãa debili:q2 corpea et fragili. Secũdo.q2
angel9 peccauit nemine suggerẽte vl' tētāte
hõ aũt demõe decipiẽte. nõ aũt poterat an
gel9 decipi sic hõ. Et tertio.q2 nõ tota na/
tura angelica pierat:sz ps pmāserat.in ca/
su aũt hois tota natura hũana subyt rui
nã.Et he sũt cause mgr̃i dis.pñti.c.13.et p
pter has hois natura redimibil' erat et pec/
catũ ei9 remissibile:angeli nõ.et iõ negẽ cõ
seq̃ntia.pctm angeli fuit irremissibile. g̃ et
hois. Ad pbatõez dr q q̃uis vtrũq3 erat
auersio:tñ hec auersio erat alit et aliter cir/
cũstãtionata in ãgelo et in hoie:et iõ nõ an
gel9: sz hõ extitit repand9. ¶ Ad scdm q
Ad 2 pl9 punit pctm angeli q̃3 originale solum
qõ nõ punit nisi pena dãni: angeli autez
punit pena sensus. Et si Adã i pctõ actu
ali trãsgressionis mãdati mortuus fuisset
minori pena q̃3 angel9 punit9 extitisset ob
causas pdictas.verũ ẽ q extẽsiue punit eq̃
liter q2 eternali:et ex h nõ seq̃t q erat eq̃lia.
q2 extẽsio nõ infert eq̃litatẽ sz intẽsio si fo/
ret eq̃lis. ¶ Ad scdm q q̃ntitas mali non
Ad 3 pt ppriẽ atten. di pensõ bonũ qõ adimit. q̃a
oe pctm mortale oẽm gratiã demit q̃ est aũ
pctm:et tñ nõ oẽ cuilibet ẽ eq̃le. ¶ Scdo da
to q sit:tñ minor ẽ falsa q pctm pmi hois
maximũ bonũ ademit intẽsiue sz bñ extẽsi
ue. est eñ melius bonũ caritas q̃3 iusticia
originalis:q̃ ipa ɔstituat heredes regni et
nõ origi alis iusticia. ¶ Tertio q pctm in 3
de pditoris magis pl' deformauit mentẽ
Jude q̃ pctm pmi hois ipm hoiem pmũ
cũ obliquit mentẽ p viciũ pditõis deliberã
te imediate facte in mgr̃m et in hoiem iu/
stissimũ et p modico lucro. ¶ Quarto q be/ 4
atus Aug. vult q nõ est tãta malũ q̃ntũ
bonũ adimit in dispositõe nature.et h de p
se.sz malũ pmi hois infinitũ bonũ ademit
extẽsiue:respectu gñabiliũ nõ d p se sz de p
accñs:eo q in lũbis pmoz parẽtũ erat to/
tũ hũanũ gen9.et g̃ nõ de p se sz nec itẽsiue
¶ Ad.iiij ɔcedit maior ex his pibz.et ad mi/ Ad 3
norẽ ɔceditur q a debiliori ipellete pcessit pec
catũ pmoz parẽtũ sz q2 nõ fuit electio eo
rũ intẽsiue tãta sic seq̃ntiũ mltorũ: nec ad
ita malũ finẽ:iõ nõ fuit maximũ.sz cũ3 a
debiliori ipellete factũ fuit:tñ deformitas
ei9 in se nõ fuit tãta sic mltoz alioz pctõz
seq̃ntiũ:iõ nõ pt simplr dici maximũ:sz so
lũ cũ addito.s.in ordine ad ɔsideratõem
impellẽtis vl' extẽsiue. ¶ Ad.iiij pt dici vno Ad 4
mõ q maior nõ ẽ v̄a.nã pp̄e nõ opʒ q il
lud sit pessimũ q̃ fortissim9 supat:eo q nõ
ex vi pcti sbijcit volũtas:sz sua spõte facit
se fuiz pcti:cui9 q̃ntitas nõ est mẽsurãda
fm fortitudinẽ ei9 q̃ maculat:sz fm intẽsi/
onẽ ei9 quã hz in sua eẽntia et in circũstan
tijs qbz maculat.mõ magis maculabat pec
catũ Jude q̃3 pmoz parentũ in se et in cir/
cũstãtijs intẽsiue q̃3 inobediẽtia pthopla/
sti. Scdo q̃ vellet posset negare minorẽ.q2
q̃ ad aliq̃d fortiorẽ q̃ est in gr̃a vl' charita
te q̃3 fuit pm9 parẽs. cũ gr̃a possit hominẽ
cõtinere ɔ tẽtatões intrĩsecas et erigere mẽ
tẽ ad meritorie agẽdũ. iusticia aũt origial'
solũ ɔ tẽtatões extrĩsecas pseruare suffecit
Ad pbatõem maioris dr q verũ ẽ q ceteris
paribz pm9 parẽs pl9 peccauit q̃3 hõ poste
rior in nãalibz si silem electõz malã elige
get.sz sec9 ẽ si eligeret fm alias circũstãtias
g̃uiores et magis deformãtes aiam.puta si
cut in blasphemia et hijs pctis q̃ imediate
sũt ɔ deũ vl' ex deliberata malicia ɔ pximũ
ibi eñ circũstãtie pl9 g̃uãt malũ q̃3 ipoten
tia nãaliũ attenuet. Ad pbatõem mioris
diceret q negaret eã q lz pm9 hõ q̃tũ3 ad
obediẽtiã nãaliũ fuit fortissim9:tñ poste/
riores ei9 sũt fortiores p charitatẽ nãali/
bus lesis supadditã:q̃ pl9 pt q̃3 obediẽtia
nãaliũ. ¶ Ad.v.negẽ mic3.maior ei filij Ad 5

reformauit sufficiẽt᷑ ⁊ satisfecit pro illo pctõ a/
bundant: ⁊ oibꝫ pctis seq̃ntibꝫ q̃ ad suffi/
cietiã. vex̄ ē q̄ q̃ ad efficiẽtiã suffec pro illo
pctõ i pmis pentibꝫ ⁊ oibꝫ nascituris ex eis
si stetissent. Ad pbatõẽ .j. mioris de his q̃
dãnant̄ q̄ nullꝰ dãnatꝰ fuisset si Adã nõ
1 peccasset. ¶ Dr̄ pmo q̄ in oibꝫ illis ē satis fa
ctũ q̃ ad sufficientiã sꝫ q̄ ipi ꝑeunt hoc est si
sũt adulti ex pctõ eoꝝ. qꝛ nõ q̄rũt salutem
Et in puul' vel ex infidelitate parẽtũ nõ fa
ciẽtiũ eos purificari ab origiali: vl' etiã ex
aliq̃ occulto dei iudicio q̃ nõ disposuit eos
meriti xp̄i facere pticipes. vt in puul' fideli
um q̃ moriũt an purificatiõeꝫ: sic in vtero
2 mortuꝰ vl' alia. ¶ Scdõ dr̄ q̄ istoꝝ dãnã
doꝝ si Adã stetisset nullꝰ fuissꝫ natus: vt
dic btũs Aug. xiiij. de ci. dei. ⁊ btũs Gregꝰ
iiij. mor. ꝛc. nõ puuli sic dãnati meliꝰ nunc
hñt ex passiõe xp̄i: cũ hẽant esse ⁊ nõ penã
sensus qꝫ habuissent si Adã stetisset. quia
tũc nati nõ fuissent. nihil ē eñ qd nõ est i
meliꝰ p deũ reformatũ: nisi malicia adulto
rũ q̃ ex eoꝝ demeritis nõ sũt reformati non
ad ɔfir. ex defectu satisfactiõis vt post dicet. ¶ Ad cõ
firmatõem: de fomite pcti ⁊ igrantia q̃ ma
net ⁊ alijs penis. dr̄. q̄ vex̄ ē q̄ hec manẽt.
qꝛ mutatꝰ ē status: sꝫ manẽt in exercitiũ v/
tutis: ⁊ oibꝫ electis ɔferũt ad salutẽ. De hoc
magis in tertio dicet. Et sic hec manẽt: ita
ꝯ hec morbosa salubria data sunt ex meri
to passiõis xp̄i antidota. s. septem eccl'e sa
cramẽta qbꝫ fideles in morb mẽtis reficiũ/
tur: ⁊ q̄ oia sũt in meliꝰ mutata p xp̄m qꝫ si
Adã stetisset. ¶ Ad rõnes post oppositũ
Ad 1 ¶ Ad pmã p supposito ɔcedit̄ ans p pria
pte. ⁊ negel p scda. Ad pbatiõem dicit: q̄
sꝫ ois tẽtatio sit in ɔriũ legis dei. tñ nõ est
silr̄ de tentatõe carnis q̃ surgit ex ɔplacẽtia
in aliq̃ illicito irriseca. vñ ē mẽtis ipeditia
et distractiua ab actuali feruore charitat̄
⁊ sic sp veniale pctm̄ secũ portat ad minꝰ: ⁊
de tẽtatõne hostis cui resistit q̃ pure ē ab
ex: q̃ tale in se nõ ɔtinet inordiatõeꝫ. Rõ
q̃ arguit ꝯ q̄situ ē p dict̄ in. iij. pte. ij. arti.
nõ eñ fuit pmoꝝ pentũ pctm̄ maximũ in
sensiue: vt in eo dem est. Hoc de questiõe

Consequẽter

q̄rit. xv. circa distictõem. xxij.
Utrum pctm̄ pmoꝝ pentum q̃
volebãt deo assilari possit p igrãtiã excusa/
ri. Que q̄stio vn̄ supponit. ⁊ aliud que
rit. supponit q̄ pctm̄ pmoꝝ pentũ in hoc fuit
q̄ deo volebãt assilari. ¶ Cõtra qd arguitur argu. 1
appetẽdo illd in q̃ ɔsistit hois felicitas hõ
nõ peccat. sꝫ hois felicitas ɔsistit in assila
tione dei. g̃ ꝛc. pꝫ maior. qꝛ hoibꝫ naturalr̄
est insitũ deũ deriũ felicitatis: vt ait Boe. iij
de cõsol. phie. psa. ij. mior pꝫ. qꝛ felicitas
cõsistit in clara dei visiõe ⁊ fruitõe: vt dicit
glo. in snia sup illd Joh. xvij. Hec ē vita e
terna: vt cognoscãt te deũ prem: ⁊ quẽ misisti
Jesum xp̄m. mõ hec ē vera assilatio dei. qꝛ de
us sũ me seipm videt ⁊ se fruit. ¶ Cõfirmat Confir.
In hoc nullꝰ peccat ad qd ex meritis pt venire.
sꝫ ad assilatõem dei q̃s ex meritis pt venire.
igit. maior nota ē. ⁊ mior pꝫ: p illd. j. Joh.
iij. Scimꝰ qm̄ cũ appuerit: siles ei erimus
Et Señ. epla. xlviij. Hoc mihi phia pro
mittit: vt me deo parẽ faciat. ¶ Et tertio qꝛ Confir.
nullꝰ peccat diligẽdo ⁊ appetẽdo id bonuꝫ
qd in eo est. mõ silitudo dei est in hoie. igit
pꝫ maior. qꝛ oẽ ens natalr̄ appetit se ⁊ bo
na q̃ sũt eiꝰ. vñ cõmẽta. j. phisic. oẽ pfecti
bile appetit suã pfectõem. ⁊ habitam dili
git pmanere. mior pꝫ Geñ. ij. qꝛ hõ factꝰ
est ad silitudinẽ dei. ¶ Scdõ pncipalr̄ p argu. 2
mus hõ nõ vid̄r peccasse appetẽdo simili
tudinẽ: nisi volẽdo scire bonũ ⁊ malũ. mõ
hoc nõ erat pctm̄ g̃. pꝫ maior. qꝛ serpẽs hoc p/
misit. eritis sic dij: scietes bonũ ⁊ maluꝫ. et
hoc est qd mulier credidit. minor pꝫ. qꝛ oẽs
hoiẽs natr̄ appetũt scire. vt dr̄ in plo. me/
taph. in his aũt nõ peccat ad q̃ hõ fm na/
turã intellectualẽ inclinat. eo q̄ appetitus
natal' nõ est in malũ. ¶ Tertio sic pmꝰ hõ argu. 3
nõ appetijt deo assilari. g̃. ɔña nota ē. pro/
bat ans. qꝛ nullꝰ sapiẽs eligit qd scit ẽe im
possibile. mõ pmꝰ hõ erat sapiẽs ⁊ sciuit q̄
impossibile erat eũ deo assilari. g̃ hoc nõ appe
tijt. ɔña nota ē. ⁊ maior pꝫ. qꝛ sꝫ voluntas
sit impossibiliũ: vt hꝫ. iij. ethic. tñ hoc nõ est
cogniti ẽe talis: sꝫ ignoti i possibil' sed mi
nor q̃ ad pmã pte pꝫ p illd Eccĩ. xvij. Di/
sciplina itellectꝰ repleuit illos. ⁊ q̃ ad secũ
dã pte pꝫ q̃ ad hoc q̄ ipossibile est hoiem ẽe
silem deo. Exodi. xv. vbi dr̄. Nõ est simil'
tui in fortibꝫ dñe. sꝫ q̄ pmꝰ hõ hoc sciuit: pꝫ.
qꝛ alr̄ fuisset igrans: ⁊ sic igrãtia pcessisset
pctm̄. qd est ꝯ Bedam dicentẽ. q̄ igrãtia
nõ est pena pcti. ¶ Quarto. pmꝰ hõ nõ po
tuit peccare sic appetẽdo. igit. ɔña nota. p argu. 4
batur ans. qꝛ vel ratio potuit sibi repñta/
re q̄ hoc sꝫ ẽe silem deo est bonũ: et si sic

tūc potuit esse error in intellectu anq̄z esset error in appetitu. qḋ falsuz videt. eo q̄ ille error est pena culpe. ⁊ ob hoc nō debet eaz p̄cedere. Vel nō potuit ei repn̄tare h̄ eē bonum ⁊ ḡ volūtas hoc nō potuit eligere: eo q̄ nō fert in incognitū. ⁊ h̄ est ppositū. Secundo q̄rit vtrū possit p ignorātiā excusari

argui. i / ¶ Pro q̄ arguit sic. Ille q̄ seduct⁹ aliq̄d fac vidē ignorātia excusari. s3 mulier seducta peccauit. ḡ ignorātia excusat. p3 maior. q2 ignorātia facit inuolūtarium. q2 nescit q̄d facit. h̄ aūt excusat. q2 inuolūtariū nō est pctm̄. minor est apli p̄me ad Ti. ij. Mulier est seducta.

argui. 2 ¶ Scdo sic. oīe pctm̄ procedēs ex ignorātia nō affectata: p eaz excusat vel attenuat. s3 p̄mo2 parentū pctm̄ fuit ex ignorātia ⁊ nō affectata. igit ad min⁹ extenuat p ig̃rantiā. maior p3 p illḋ saluatoris Luce xij. Ille seru⁹ q̄ cognouit volūtatem dn̄i sui: ⁊ nō parauit: ⁊ nō fecit s̄m volūtatē ei⁹ plagis vapulabit multis: q̄ autē nō cognouit ⁊ fecit digna plagis: vapulabit paucis. vbi manifestū ē q̄ ignorātia attenuat pctm̄. q2 penā debitā p eodē. s3 mio2 pbat p̄mo. q2 cum s̄m Isid. li. ij. de sum. bono. ca. xvij. oīe pctm̄ sit aut ex ignorātia: aut ex ifirmitate: vel industria. ⁊ pctm̄ primo2 parentū nō fuit ex industria: cum nō fuerit mali: nec ex infirmitate. q2 in natā integra nulla fuit infirmitas. sequit q̄ fuit ex ignorātia.

Confir. ¶ Itē p̄mo pctō p̄mi parētes facti sūt rei: ⁊ mali actualit. mō. iij. ethicorū dr: q̄ ignorat oīs mal⁹ q̄ ⁊ q̄lia opt3 operari: ⁊ a quib3 est fugiēdū. ḡ peccauerūt ig̃rātes. ḡ ex ig̃rātia.

Confir. ¶ Et ɔfirmat tertio. q̄a mulier credidit fieri se sic deus: vir credidit veniale qḋ erat mortale vt mgr̄ dic in li. a

Confir. ¶ Itē si sciuissent penas ex suo crimie secuturas: nullus crederet q̄ de ligno illo comedissent. ḡ q̄ comederūt fuit ex ig̃rātiā pene secuture.

psuppo. ¶ Sed p supposito: q̄ mulier voluit deo assimilari. dic mgr̄ dis. xxij. capitulis. iiij. v ⁊. vj. ⁊ pbat h̄ auctib3 bti Aug. s3 q̄ Adam hoc voluerit: p3 per btm̄ Augu. xj. sup Gen. ca. v. Et allegat mgr̄ distinctiōe pnti. c. vij. dicentē. q̄ peccauerūt dispari sexu: s3 pari fastu qḋ nō esset si Adaz nō appetiuisset diuinitatē seu dei assimilationē. Item glosa: ⁊ est aug. sup illḋ ps. lxviij Que nō rapui tūc exoluebā dic sic. rapuit Adam ⁊ Eua psumētes vt diabol⁹ de diuinitate. rapere voluerunt diuinitatem

2 et perdiderunt felicitatem. ¶ Secundo in contrarium questi est magister dis. xxij. c. ix. dicens: q̄ a peccato excusari per ignorantiam nō potuit. s. mulier. ⁊ in. c. x. dic. q̄ excusatio oīs tollitur vbi mandatū nō ig̃ratur. ¶ In hac questione erunt duo articuli. Primus erit de supposito. s. in q̄ peccauerūt p̄mi parentes: ⁊ si valebāt deo similari. Secund⁹ erit de quesito vtruz pctm̄ eorum valeat p ignorātiaz excusari vel attenuari ⁊c.

Quantum ad primum

articulum sic pcedam: q̄ p̄mo videre volo: quot generib3 pctō2 p̄mi parētes peccauerunt dei mandatum transgrediedo. Secundo: dato q̄ supbia p̄us excesserunt: vtrū hoc fuerit diuinitatem appetēdo. Et. iij. dato q̄ in hoc excesserūt vter eo2 grauius sic appetendo.

¶ Quantum ad primū est notandum: vt dicit Gregorius sup euāgelia omelia. xvj. ⁊ assumit magister distin. xxj. cap. ix. q̄ diabolus in trib⁹ generib3 peccato2 p̄mos parentes tentauit et in omnibus victor fuit. tentauit em̄ de gula: persuadendo esum ligni vetiti. tētauit de auaricia: promittendo scientiam boni ⁊ mali. tentauit de vana gloria: pmittendo diuinitatem. cum dixit. eritis sicut dij. Notā. i.

¶ Est autem gula immoderata cibi auiditas. ¶ Est auaricia immoderata ha 1
bendi cupiditas que nō tm̄ est pecunie: s3 2
etiam altitudinis ⁊ sciente: cum sup̄ modū sublimitas ambitur. ¶ Et est vana glo
ria amor proprie excellentie. modo mani 3
festum est q̄ ad hec tria p̄mos parentes in verbis adducere conabatur. Secūdo etiam manifestuz est q̄ in his trib3 victor fuit. nam cum ad esum ligni vetiti perduxit: victor fuit eorum in gula: cum ad inordinatam cupiditatem habendi scientiam duxit: superauit auaricia: Et cum ad affectionem diuinitatis vicit in vana gloria. Unde patet. q̄ Adam in trib3 tentatus est: ⁊ in his superatus. de quib3 etiam demon Matthei. iiij. christum tentauit: ⁊ superatus fuit. vt ibidē p3.

¶ Secūdo est notandū: q̄ vt dictum est: primi parentes fuerūt in naturalib3 perfecti cōditi ⁊ in debita dispositōe ad deum p intellectum ⁊ in plena subiectione virium inferio2 quo ad appetitum sensitiuum. nā in hoc iustitia existit originalis vt dictū est Notā. 2.

Notā 3 ¶Tertio est notā. q homo fuit pductus i
lcia pfect⁹ ea scz q cū decuit fm suū statum
vn̄ igrātia coꝝ q vtilia erāt ad obseruātiā
mādatoꝝ nō pcessit culpā: sz secuta ē in pe
Notā 4 nā. vt dic venerabil Beda. ¶Quarto eti/
am supponit q finis ē pmū in intētiōe: q̄/
nis vltimū in adeptōe. hr h. vj. z. iij. ethic.
Cōclo 1. et. vij. meth. ¶Ut g videam⁹ qd fuit pmū
petōꝝ: est pma 9clo hec. Impossibile erat
vt pmū pctm̄ fuisset esus ligni vetiti vl a/
liqs ali⁹ motus exterior. pbat sic. añ pctm̄
exteri⁹ sp nata pcedit pctm̄ inten⁹. s. intior
9sensus. g 9clo sa. tenet 9ña. añs pz. als
pctm̄ esset in motib9 mēbroꝝ z nō pncipa
lit in voluntate. z possit amitti sanctitas
corpis manēte sctitate mētis. cui⁹ 9riū dic
btūs Aug. pmo de ci. dei. ib his vbis. Nō
amittit corpis sctitas manēte aie sctitate.
Corre. ¶Correlariū. pmū pctm̄ hois fuit in aliq
actu intiori volūtatis. seqt ex 9clone. q2 i a/
Cōclo. 2 ctu exriori nō potuit esse pmū. ¶Scda cō
clusio. q in pmis parētib9 triplex fuit elco
mala. s. electio sciē boni z mali imoderata.
electio comestiōis cibi phibiti. z electio p
prie exaltatōis. s. volēdo esse sic d9. ptz ex
dictis in pmo notabili. nā in his trib9 pec
cauit. z nō nisi trib9 electonib9 mal g 9cl/
Cōclo 3. sio sa. ¶Tertia 9clo. Int hec tria nō pōt
rōnabilr pōi pma electio cibi vetiti. appet
q2 cū erat plena sbiectio viriū inferioꝝ: vt
dcm̄ ē in scdo notabili nō potuit esse pma
electio in aliqd sensibile extrinsecū 9ueni/
ens carni q in nihil ferebat 9 mentē. g nec
electio cibi. 9ña tenet. añs ptz ex notabili
Scdo mulier nō petiuit cibū finalr ppter
se. g nō pma electio fuit cibi. tenet 9ña. q2
finis ē pmū coꝝ q eligunt. añs patz. q2 vo
lēs ppriā exaltatiōez iō cibū accepit et co/
medit vt ea cōseqret q serpēs se 9secuturā
ex esu ligni pmisit. ergo non propter se. te
net 9ña. q2 serpēs nō pmisit gustū ligni: sz
Cōclo 4 deitatē z sciam. ¶Quarta 9clo. nec electio
sciē videl fuisse pma inter has tres. pbat.
q2 videl q sciam nō appetijt nisi ppter dei
tatē quā hre voluit: vl ppter ppriā exalta
tionē. 9ña tenet vt pus. q2 electio finis est
vltia. z añs ptz. q2 scire q̄siuit vt inde d9 si
mil fieret q oia sciret: vl vt plane ad altitu
Cōclo. 5 dinē diuinitatis pmoueret suo mō. ¶Ex his
sequit q̄nta 9clo. pma radix pcti pmorum
parētū fuit electio ppe exaltatōis. pz. q2 n̄
extrinsecū erat pmū: p correlariū 9clonis
pme. z cū electōnes inordinate q̄b9 videt

puerse egisse fuerūt tres: p scdam: q2 elcō
cibi nō erat pma: p tertiā: nec electio scien
tie: p q̄rtā. relinquit g q electio ppe altitu
dinis inordinata fuerat pmū z radix oim
pctōꝝ. ¶Cōfirmat. electio finis fuit int e/ Cōfir
lectiones malas pma. sz ppe exaltatōnis
electio fuit electio finis. igit. pz maior per
q̄rtū notabile. nā finis est pmū in intenti
one. vnd ppter intentōem ei⁹ eligim⁹ alia
Et minor pz. q2 mulier q̄siuit deificari suo
mō: z vir etiā vidr 9sensisse aliq mō. vt p⁹
dicet in tertia pte articli. igit q̄rebāt ppaz
exaltatōem finalir: z ppter hāc elegit vtra
qz esum ligni quē serpēs suadebat: vt cobo
na z mala 9gnosceret: z sic exaltata q̄si deus
esset. ¶Correlariū. pmū pctm̄ pmoꝝ parē Correl.
rū fuit supbia. pz ex cōclone. q2 fuit electio
pprie exaltatōis. iō Eccl. x. dic sptura. ini
tiū oīs pcti supbia. Et h dic btūs Aug. xj
sup Gen. ad lram. c. vj. Nō est putādū q de
hō deijceret scz p esum ligni vetiti: nisi pces
sisset in eo qdā elatio 9pmendo p humili
tatē pcti. ¶Scdm correlariū. ordo cas⁹ p/ Corre. 2
mi hois pōst suasionē serpētis videl hic fu
isse electio ppe exaltatōnis. ¶Pria q erat 1
elatio mētis z vane glie intētio. ¶Secun 2
da electio sciē boni z mali: vt ea hret qdaz
silitudo diuitatis. ¶Et tertia electio ligni cu 3
ius esu mulier hec se credidit 9secuturam
¶Et q̄rtu reflectio oclōꝝ interioꝝ z extei/ 4
orū sup lignū. ¶Quintū assumptio et co/ 5
ne quod est in mūdo: est cōcupiscētia car
nis et c. Hoc de prima parte hui⁹ arti. ¶ In Secūa
secūda parte articuli vidēdū est. Utrū omni pte art.
um bonarum voluntatū sit idem tamē et vn⁹ fi
nis: Ubi patet ex precedenti parte articuli quod
nō oporteat loqui de fine natural' appeti
tus. quia de hoc satis dictum est in prima cōclu
sione hui⁹ articuli. Secūdo etiā nō opor
tet dicere de fine appetitus sensitiui. quia sa
tis de hoc dictum est in vltima cōclusiōe eius
dem partis. Et sic solum restat videre. an
sit idem finis omniū bonarū voluntatuz
ex parte sui. ¶ Secundo est notandum quod Notā 2
tria esse vltima siue fines vltimos: diuer
sis tamē modis ipsius homis: dictū est in
quarta questiōe primi: articulo secūdo. Est enim
finis vltimus obiectaliter qui est deus be
nedictus. Et est finis vltimus formaliter
qui est ipsa beatitudo cōsistens in clara dei
visione et fruitiōe. Et est finis vltim⁹ sub
iectaliter qui est ipse homo beatus: qui sub
iectum est btitudinis. Dictum est etiā ibi
dem: quod duo vltima desideranda sunt pro
pter primū. scilz propter deum. plus enim
deum quam tuam btitudinē vel quam te esse bea
tū diligere ligatus es. ¶ Ex quo tertio pos
set esse tertium notabile. Utrū in singulis Notā 3
harum generibus causarū sit vnus finis vl
timus omniū bonarū volūtatū: Ubi stati
apparent cōclusiones faciles. ¶ Prima quod licet hoim

bonarum voluntatū humanarū sit idem
finis vltimus formalis quē intendunt si
cōplete nō habēt. vel quem possidēt si ha
bent in specie spēalissima. tū singularū est
pma ps alius ⁊ alius finis in numero. ¶ Pria ps
patet. quia singularū bonaꝝ voluntatum
que adhuc completā btitudinē meritoriā
nō attigerunt: finis vltimus est beatitu/
do finalis meritoria. que in singulus est e
iusdē speciei: cum ɔsistat in fidei ⁊ charita
tis opibꝫ. que oīa videntꝛ esse eiusdē spe/
ciei spēalissime vbicunqꝫ reperientꝛ. Eodez
mō pꝫ de his qui pmiatorie bti sunt. qꝛ ī
omnibꝫ his visio ⁊ dilectio siue fruitio ea
sunt quibꝫ beati sunt. que eiusdē spēi sunt
scda ps ¶ Secunda ps ɔclōnis patz. qꝛ alia bea/
titudine formali btūs est Petrus in nūe/
ro. ⁊ alia Paulus: ⁊ in merentibꝫ eodem
mō. quia alia erit finalis dilectio in q̄ mo
rietur vnus in numero meritorie et com/
plete btus siue finaliter. et alia qua alter.
Sicut eīn diuersoꝝ est alia ⁊ alia aīa nu/
meroꝛ ita alia ⁊ alia fides. alia ⁊ alia cha/
ritas. ⁊ alia ⁊ alia dilectio sm illam charita/
Instātia tatem. ¶ Sed ɔtra pmā partē cōclusiōis
fortiter arguitur sic quo ad viatores. quia
plus differūt fines meritoꝝ deuoti pſby/
teri ⁊ deuoti militis q̄ꝫ duoꝝ militū de nu/
mero. ergo pſbyteri ⁊ militis differūt plus
q̄ꝫ numero. ergo spē. patz maior. qꝛ habitꝰ
formaliter pporcionantꝛ actibus. ⁊ ergo sicut
actꝰ finales distinguūtꝛ ita distinguūtur
formales fines viatoꝝ. ¶ Et ex alio. qꝛ vti
2 qꝫ nō in nudo habitu ɔsistit humane vite
finis: sed etiā in opatōne. Mō opatiōes
finales pſbyteri ⁊ militis plus differūt q̄ꝫ
finales opatōes duoꝝ militū. qꝛ militum
actus finales forte sunt defensiones ī bel
lo: vel mors pro fide catholica cōtra infi/
deles. pſbyteri aūt actus finalis forasse ē
oratio cum dilectiōe. Minor rōnis prīci
palis pꝫ de se. qꝛ militum duoꝝ forma
les btitudines per scdam partē ɔclusiōis
Solō. sunt distincte. ¶ Respondetꝛ ad hmōi rati
ones metaphisicalēꝛ ꝙ felicitas meritoria
consistat in fide ⁊ charitate finalibꝫ: ⁊ ope
ribꝫ ab eis pcedentibꝫ. que sūt dilectio dei
super oīa ⁊ opa cōseqntia. Et iste dilecti
ones interiores in oībꝫ eiusdē spēi sunt si
cut ⁊ habitus charitatis infuse ⁊ habitus
2 fidei. ¶ Alia autē opa exteriora q̄ ab his
fiunt quātūcunqꝫ essentialr spē differunt:
tū formalr idem sunt in ordine ad rectitu
dinē rōnis ea in deum dirigentis. Et er/
go hmōi oīa dicuntꝛ in genere moꝝ vni/
us speciei. quia vt meritoria sunt ab eadē
virtute. s. charitate fiunt ⁊ in eundē finē
s. in deum tendunt: vt post dicet. Sic eti 3
am in virtutibꝫ moralibꝫ puta fortitudie
qñqꝫ ex pecca aliquādoqꝫ aggredit quia ⁊ e
tiā recte rōnis dictamine quandoqꝫ fugit
fortis. ¶ Et licet opa sint diuersa specie in 4
essentia: tamē in genere moris similia sūt
spēalissime. quia circa idē obiectū formal
iter. puta terribile natū inferre dolorem sen
sui ⁊ a rōne recta dictante quid agendum
circa illud. ¶ Et ergo hmōi opa comensu/ 5
rata rōni nō differūt in genere moris plus
q̄ꝫ numero nec fuga ⁊ aggressꝰ plꝰ qꝫ du
fuge sunt enī iste ⁊ ille coformes recte ra
tioni circa idem obiectu formale terribile
loq. sancti Per hoc patet ad formā dicē
esse ꝙ maior sit falsa. qꝛ qualescunqꝫ sint
noꝝ opationes finales quibꝫ merentꝛ bea
titudinē omes sunt eiusdē spēi spēalissime
in genere actōnis meritorie. qꝛ a simili for
ma habēt esse meritoriū: ⁊ a simili ⁊ eodē
Correl. 1. fine habēt hoc quod merentꝛ. ¶ Correlariū
Omniū graduū ecclesie merentiū beati/
tudinē btitudines siue felicitates merito
rie sunt similes in specie spēalissima essen/
tiali. quia in omnibꝫ similibꝫ causis consi
Corre 2 stunt: vt dictū ē. ¶ Scdm correlariū. mar/
tyrum ⁊ ɔfessorum sunt similes beatitudi
nes finales. similiter virginū ⁊ coniugato
rum. ⁊ ita in aliis gradibꝫ ecclesie quibus/
cunqꝫ pꝫ ex cōclusione. ¶ Forte dicetꝛ. Ta
obiectio men martyribꝫ debetꝛ aureola ⁊ non cōfes/
soribꝫ. Scdo nunquid est aliud meritum
mortē p xpo sustinētꝛ. ⁊ mortē aliud fugiē
tis etiam in specie. quomō ergo stabūt cor
Solō relaria. ¶ Rndetꝛ per ea que dicta sunt. ꝙ
aureola teneat se ex parte premij acciden/
talis. et corrñdet materiali ipsius meriti.
puta acceptatōni ⁊ passioni mortis p xpo
qd̄ in spē spēalissima etiaꝫ in genere meriti
est simile cū merito boni homis alr vitaꝫ
finiētis. qꝛ nec illud nec aliud est meritori/
um: nisi ex pte finis eiusdeꝫ ⁊ grē cōsilis in
Ad. 2 spē. ¶ Ad scdam p idē ꝙ alius actus exte
rior est martyriū ⁊ alius oratio vel opꝰ mi
sericordie in proximū. ⁊ gnalr alia sunt
hec opa meritoria: sed formalr spēalissime
silia sūt oīa hmōi rōne forme ɔsilis a q̄ sūt
meritoria. ⁊ finis eiusdem beatificantis ī
quem tendunt. ¶ Scda ɔclio ɔsilis pme

quāuis omnium bonaꝝ voluntatū huma
narū sit idem finis obiectiuus in spē specia
lissima singulaꝝ.tn̄ est alius ⁊ aliꝰ in nūe/
ro.pʒ sicut p̄cedens.q: finis obiectiuꝰ vo
luntatis bone est ipa voluntas btā merito
rie.⁊ hec est similis spēi in omībꝰ. pʒ scđa
ps vt scđa pars p̄cedentis.q: singlāruʒ fi/
nes sunt ipe volūtates beate.⁊ he numero
Cōclō 3 distinguunt.¶ Tercia conclusio. Quāuis
eiusdē volūtatis bone possint esse plures fi
nes vltimi in diuersis generibꝰ causarum
Itē ⁊ plres fines in eodē genere cause subor
dinati:omniū tn̄ hoꝝ in eadē volūtate bo
na ⁊ in omībꝰ bonis est vnus finis in nūe
ro obiectiuꝰ ad quē omnes isti tendūt: et
propter quē oīa alia ab illo desiderāt ⁊ fiūt
pʒ 1 ps ¶ Pʒ p̄ma pars per scđm notabile.q: tria
sunt vltima cuiuslibet bone volūtatis.scilʒ
vltimū vltra qđ nō querit aliqđ obiectū.
scʒ deus bn̄dictus. Et vltimū vltra quod
nō querit aliqđ sibi adiectū: vel aliquam
formā.s. btitudo. hac eīn habita volūtas
nullā formā querit vlteriorē. Item est vlti
mū vltra quod nō querit aliud ⁊ alter di
spositū propriū obiectū.s.ipe homo cū est
beatus. ¶ Patʒ secūda pars per magistrū
pʒ 2 ps in littera dis.xxxviij.c.vj. dicētis ex inten/
tione q̄ p̄dicatoris comedētis diuersi sūt
fines subordinati in eodē genere cause.s.in
genere volitiōis formalis.ē eīn volitio co/
mestionis pp̄ter volitionē euāgelisatōis.
Et est in eo volitio euāgelisatōis pp̄ē vo/
litionē btitudinis formalis. Et volitio for
malis btitudinis pp̄ter velle ⁊ querere de
pʒ 3 ps um.vt magister innuit. ¶ Sʒ tertia pars
pʒ quia deus est omniu hoꝝ finium sicut
et omniū bonaꝝ voluntatū finis. sic dēm
est in p̄mo que.iiij. cum eo solo sit fruēdū:
vt deducit magister in p̄mo libro dis. p̄ma
nec esset voluntas bona viatoris: nisi actu
vel habitu se ⁊ oīa sua ad deū disponeret
per modū finis btificantis. Vn̄ saluator.
Corre. Primū querite regnū dei Math. vj.cap.
¶ Correlariū. Omniū bonaꝝ voluntatum
est tn̄ vnus ⁊ idem finis vltimus obiecti/
uus.scʒ deus.⁊ sic suppositū questionis est
verum.pʒ ex vltima parte ɔclōnis. ¶ Sʒ
Dubiū tunc est dubiū de malis volūtatibꝰ finalit̄
que secludent a cōione bonoꝝ. De quibꝰ
dr̄ Apoc. vltimo. Foris canes ⁊ venefici ⁊
impudici ⁊ homicide ⁊ idolis seruiētes. et
omnis qui amat ⁊ facit mendaciū: vtrum
Solō etiā harum sit vnus ⁊ idem finis? ¶ Ubi

p̄mo apparet mihi q̄ omniū earuʒ sit idē
finis in genere.scilʒ btitudo vel felicitas.
¶ Et si dicat̄ q̄ tamē nullā eaꝝ videmꝰ at obiectio
tingere btitudinē: nec meritoriā nec p̄mia
toriā. ¶ Rn̄det̄ q̄ verum sit.tn̄ cuiuslibʒ hꝰ
volūtatis finis est btitudo.q: intendit eā
quilibet eīn hoc sibi eligit p̄ fine quo se cre
dit felicem fore: si hoc sufficiēter attingere
posset.⁊ q̄uis errātes in innijs eam nō at
tingant: tn̄ pp̄ter eam agunt ⁊ eā intēdūt.
¶ Forte dicet̄. Alicuius talis voluptas est Oppōit
vltimus finis.ḡ nō btitudo ¶ Dicendū 2 so.ut 1
mihi videt̄ q̄ btitudo nō sit finis quē attī
git.sed tn̄ est finis quē vltimate intēdit in
genere.estimat eīn voluptate posse btē vi/
uere.⁊ sic in gn̄e appetendo eam appetit
btitudinē.q: eam reputat btificare. Et er/
go ɔn̄a nō valet. voluptas est finis quem
intendit.ḡ nō btitudo in genere.q: inten/
dendo in gn̄e btitudinē: in spē querit vo/
luptatē existimās eam esse optimā. ¶ Se 2
cundo videor mihi q̄ malaꝝ voluntatuʒ
fines formales quos in spē itēdūt sunt di/
uersi spē formalr̄ pʒ.q̄a aliqs voluptatem
aliqs honorē: ⁊ aliquis diuitias sibi p̄ fi/
ne vltimo statuit.⁊ sic finales electiōes vo
luntatū earum diuerse spē fiunt iuxta diu̇
sa finaliter appetita. ¶ Tertio vidr̄ q̄ oīm 3
um malaꝝ voluntatū vsum rōnis haben
tiū est idem finis vltimꝰ in ordine ad pro
portōem sue intentiōis.pʒ.q̄a q̄libet hō si
bi statuit p̄ fine qđ sibi reputat optimuʒ
esse.vt notū est.scilʒ auarus diuitias.sup
bus honorē.⁊ ita in alijs. Dico: vsum ra/
tionis habētiū: pp̄ter infantes ⁊ alios fu/
riosos nō baptisatos: quoꝝ volūtas p̄t di/
ci mala rōne pctī originalis. ¶ Quarto.q̄ 4
deus pōt esse finis male volūtatis.patʒ in
plʒis nō baptisatis: qui sibi finē statuerūt
deum. Etiā pʒ de pctōre cū atterit̄. habet
eīn tunc intentōem reformādi se deo: dicēs
cum filio p̄digo. Uadam ad p̄rem meuʒ:
et dicā ei ⁊c. ¶ Correlariū. Nō oportʒ q̄ om Corre.
nis volūtas mala sit mala pp̄ter hoc: q: i
tendit malū finē obiectiue.pʒ ex ɔclusiōe
q: in multis malis deus intendit̄ vt finis
qui etiā est omniū finis.cū omnia tendāt
in deum.⁊ est verꝰ finis pp̄ter quē est ho/
mo. Nec mirandū.q: ad voluntatē eē bo
nā reqrit̄ finis bonus: ⁊ debita dispositio
ad illū. Pone igit̄ p̄mū sine scđo: erit vo/
luntas mala.nō q: defectuosa respectu vl/
timi finis quē intendit.sʒ q: ad illū fineʒ

Oppōit nō debite se disposuit. ¶ Diceres. Tū dici
tur cōiter. q̄ quicq̄d agunt homines intē
tio iudicat omes. ergo videt q̄ non stet vo
luntatē esse prauā: ⁊ intentōem finis eē re
2 ctam. ¶ Scōo. q̄ maxima est: cu⁹ finis bo
Ad 1 nus est: ipm quoq̄ bonū est. ¶ Rūdetur q̄
quādo dr̄ q̄ omes iudicant ex intentione:
ibi intentio sumit cōmuniter: put est tā re
spectu finis q̄ respectu eaꝝ que sunt ad fi
nem. Nō em̄ satis est q̄ velis elemosynaꝫ
dare paupibꝫ ꝑpter deum de mercede q̄m
teneris pauperi tibi seruienti. q̄ si vtrūlibet
fieri nequeat: melius est nō dare elemosy
nā. vl' minus malū q̄ mercedē nō soluere
Ad.2 deseruitā. ¶ Ad scdam. q̄ illud cui⁹ finis
bonus est: illō est bonū intelligit de instru
mentis ⁊ artibꝫ ⁊ actibꝫ et de bonitate in
genere. scꝫ q̄ illud est bonū in genere: cuius
finis ad quē de per se ordinat est bonus. nō
aūt intelligit de voluntate ad cui⁹ bōita
tem no sufficit intentio debiti finis. sꝫ eti
am apta medioꝝ ꝑparatio ad illū finē cō
sequendū. Hoc de scda pte hui⁹ articuli ⁊
de toto p̄mo articulo.

Quantū ad secū

dum articlm videndū est. Utꝝ libtas ho
minis p̄ncipalius se teneat ex pte intelle
Notā.1. ctus vel volūtatis. ¶ Pro quo p̄mo ē no
tandū: q̄ de hoc sunt doctoꝝ nostroꝝ con
trarię opiones. Nam sanctus Thomas.
et plures alij vident velle. q̄ libtas homi
nis se p̄ncipalius teneat ex pte intellect⁹.
2 Alij ⁊ maior pars doctoꝝ dicit ꝯriuꝫ. Cō
3 derādo itaqꝫ inter has q̄libet pōt sibi elige
re opinionē ꝓbabiliorē. Ego aūt p̄ncipali
ter inquirere volo: vn̄ et ex quo hō dicit li
ber: ⁊ si ex parte intellect⁹ ⁊ volūtatis: ex q̄
coꝝ p̄ncipalius. q̄ hoc est de quo est quę
1 stio p̄ncipal. ¶ Quod vt euidētius fiat p̄
mo inq̄rere volo: q̄ simpliciter loq̄ndo nō
plus se tenet libertas homis ex parte volū
tatis q̄ intellectus: nec ecōtrario. ¶ Secū
2 do videre volo: an tam intellectus vt itel
lectus est: q̄ volūtas vt volūtas est sit po
3 tentia libera. Tertio an p̄ncipalior actus
homis debeat dici anię hois vt intellectus
est: vel eiusdē anię vt volūtas. ¶ Et quar
4 to ex hoc de q̄sito: vtꝝ homo p̄ncipali⁹ di
cat liber ex pte anię suę vt est intellect⁹ q̄ ex
Arti.2 p̄ parte eiusdē inq̄ntum est volūtas. ¶ Quo
ma pars ad p̄mū est notandū: q̄ iste termin⁹ liber

semp cum per se ponit: videt sonare in bo
nuꝫ. q̄ importat seclusionē coactiōis quę
magis est seruitutis ⁊ impfectiōis. Unde
phus. vj. politicoꝝ. iiij. dicit q̄ signū liber
tatis est vt quis viuat vt vult. Uerꝝ est q̄
libertas cum addito qn̄qꝫ sonat in malū.
vt dicit aplus ad Rom. vi. Cū serui essetis
peccati: liberi fuistis iusticię. i. nō obedistis
pceptis iusticię: sꝫ ea paruipēdistis. ¶ Se Notā.2
cūdo est notandū. q̄ in homine manifeste
apparēt tres supioritates aliquo mō diuer
sę. Nā ibi est supioritas aię ad corp⁹. mo
uet em̄ aīa corpus put vult. De quo dicit
phus p̄mo politicoꝝ. q̄ aīa dn̄at corpori
p̄ncipatu dispotico. ⁊ hoc dominiū cōmu
ne est homi cū brutis. q̄ etiā bruta mouēt 2
sua corpa vt volūt. put notū est. ¶ Scōm
dominiū siue scda supioritas est appetit⁹
rōnalis sup appetitū sensitiuū. De q̄ phus
p̄mo polic. dic q̄ volūtas dn̄at appetitui
sensitiuo principatu politico siue regali. ⁊
Gen. iiij. dicit deus. Sub te erit appetit⁹
tuus ⁊ tu dn̄aberis illius. ¶ Tertia supio 3
ritas apparet in homine inter intellectū ⁊
voluntatē. in qua dubiū est: quę pars de
beat vocari supior. vtꝝ intellect⁹ qui ostē
dit ⁊ sua directōe appetitū dirigit. vel vo
luntas cui ostendit: ⁊ quę i se ceca est vt vo
luntas: sꝫ tn̄ intellectui impare videt: spe
culari ⁊ inq̄rere. qō (vt videt) vtiqꝫ supio
rio est. ¶ Tertio est notandū q̄ homo non Notā.3
dicit liber ꝑpter dominiuꝫ qō habet super
corpus. q̄uis sup illud habeat totale dn̄i
um. Patꝫ p̄ma pars. q̄ etiaꝫ bruta domi
niū habēt sup sua corpa. Patꝫ scda ps q̄
corpus in homine vel in bruto nullā ha
bet potentiā resistendi anię. sed mouet ip
sum aīa: put vult in motibꝫ possibilibus
ei sm suū statū. ¶ Quarto est notandū: q̄ Notā4
homo dicit liber rōne anię rōnalis quę p̄
est parti sensitiue. sic q̄ illa rōnem neq̄t co
gere inuitā: q̄uis sępe rebellet rōni siue re
murmuret eidem: ⁊ in ꝯriu m inclinet. Et
hęc est mens phi p̄mo politicoꝝ. Un̄ quo
ad pręcedens notabile dicit. q̄ aīa dn̄e
tur corpori p̄ncipatu dispotico. id est. ad
cuius cōtrariū nō pōt sbiectū. Et quo ad
illud scōm dicit. q̄ anima p̄ncipat appeti
tui sensitiuo: p̄ncipatu politico ⁊ regali. i.
p̄ncipatu in cuius cōtrariū sępe conatur ⁊
trahit seru⁹. sic ciues sępe legibꝫ n̄ obediūt
Sed cum aīa rōnalis distinguat cōmu
niter in intellectum cuius est cognoscere.

et in voluntatem cuius est cum cognitio-
ne intellectus: velle vel appetere. est q̄stio
ſm quā partem vel potentiā libertas ho-
Notā. 5 minis ꝑncipalius accipiatur? ¶ Pro quo
quinto est notandū. ꝙ intellectus ⁊ volū
tas nō sunt in homine distincte res realiṫ
Istud est manifestū ex eo: q2 intellectus ⁊
voluntas nō sunt accidētia. capiendo in-
tellectū ⁊ voluntatē pro potentijs. cū nul
lum accidens possit intelligere. eo ꝙ acci-
dens nō subijcitur alteri accidēti. nec etiam
accidētis est volitionē in se formare. Se-
cundo etiā. q2 tam intellectus q̄ȝ volūtas
est anima homīs: que est vna. igiṫ nō sunt
res distincte. ꝯsequētia nota est. ⁊ añcedēs
patȝ. q2 aīa homīs seclusa omī potentia
sup̄addita adhuc esset ſm naturā suā co-
gnoscitiua. ⁊ nō solum ſm cognitōem sen
sitiuā. ergo ſm cognitōem etiā ītellectiuā.
ergo adhuc posset intelligere. ergo adhuc
esset intellectus. Et eodem mō adhuc esset
appetitus. q2 cōtra naturā ꝯgnoscentis est
posse cognoscere suū bonum ⁊ nō posse ap
petere illud. vel cognoscere suū malū ⁊ nō
Corre. Ullarum posse refutare illud. ¶ Correlariū siue con
clusio respōsalis ad hanc parte: sequiṫ Nō
plus depēdet libertas homīs ex parte ītel
lectus q̄ȝ volūtatis: nec ecōtrario. sequiṫ ex
notabili. q2 voluntas ⁊ intellectus sunt ī
eodē homine penitus idē. vel potius ē pe-
nitus idem in re. Et ergo q̄ȝtum est ex par
te illius rei penit⁹ eodē modo depēdet ex
ea libertas siue sit voluntas siue ītellect⁹.
¶ Primū correlariū. Volūtas in homine
Corre. 1. nō est liberior intellectu illius hoīs: nec e-
cōtrario. patȝ. quia idem nō est liberi⁹ seipo
¶ Secundū correlariū. He sunt vere. Vo
Corre. 2. luntas intelligit: intellectus vult. ⁊ cōsimi
les. patȝ expositorie. hec aīa intelligit. hec
est volūtas. igiṫ ⁊c. ¶ Tertiū correlariū. in-
Corre. 3 tellectio est actus voluntatis. volitio ē a-
ctus intellectus. Immo gn̄aliter omīa a-
ctus intellectus est actus volūtatis. ⁊ ecō.
oīs actus volūtatis ē act⁹ ītellect⁹. sequi-
tur ex eodē. q2 penitus eadē res est intelle-
4 ctus et voluntas. ¶ Quartum correlari-
um. In via volūtas credit: intellect⁹ dili
git. ⁊ in patria intellectus fruiṫ. ⁊ volūtas
videt deū clare. sequiṫ ex eodē arguēdo ex-
positorie: demonstrando animā hominis
5 viatoris vel comp̄hensoris. ¶ Quintum.
He ppositiōes omnes sunt de vi sermonis
false. Voluntas est ceca. intellect⁹ nō dili-
git. vel copulatiua. intellectus habet sapi
entiam: ⁊ illam nō habet volūtas. ⁊ ita in
alijs. ¶ Sed diceṫ cōtra. Quia cuȝ h̄ pro obiectio
cessu videṫ sequi: ꝙ sensus intelligat. imo
ꝙ vniuersaliter cognoscat. ꝙ diligat deum
super omīa ⁊c. Falsitas cōseq̄ntis videtur
manifesta in p̄mo phisicoꝝ. ⁊. iij. d̄ aīa. cō
seq̄ntia tn̄ probaṫ: supposito: ꝙ in homine
nō sit alia anima sensitiua q̄ȝ intellectiua
¶ Tunc arguiṫ expositorie: sicut in notabi- Rōne 1
li vel suis correlarijs. Hec anīa hoīs ītel-
ligit vniuersaliter: vel diligit deū sup om-
nia. ⁊ ipa est sensus. igiṫ. maior supponiṫ.
et minor patȝ. q2 est anīa sensitiua. ergo est
sensus: cū potētia sensitiua ⁊ sensus idē sūt.
¶ Scd̄o sic. Quia volūtas ꝯtrariaṫ intel- Rōne. 2
lectui. ⁊ vtiqȝ nō cōtrariaṫ sibiipi. ergo nō
est intellectus. tenet ꝯn̄a. et patȝ añcedēs
pro p̄ma parte. q2 sepe volūtas cōtrariaṫ
recte rōni. ⁊ hec est immediatius ītellect⁹.
ergo cōtrariaṫ intellectui. minor nota est.
¶ Tertio. Quia cōiter dicunṫ cōtraria di Rōne. 3
ctoꝝ correlarioꝝ. sȝ ꝙ intellectus nō vult
sed volūtas. ⁊ ita in alijs. dicere ergo dc̄a
correlaria ē cōi sermōi cōtrariari. ¶ Hec lr̄ Ad 1
facilia ⁊ tentatiua. ¶ Unde ad p̄mā dicē
duȝ est ꝙ sensus nomē est equiuocū. vt in
ij de anīa patȝ. Capiṫ eñ vno mō ꝑ cōpo
sito ex anima ⁊ corpe qd̄ natū est in se reci
pere sensatōem. vt p̄us dictū est. quo mō-
do dicit phūs ꝙ sensus sit virtus passiua
¶ Secūdo mō pro potentia qua ꝑncipa- 2
liter formaṫ in nobis cognitio sensitiua. et
hec est anīa sensitiua. q2 ea ꝑncipaliṫ for-
maṫ cognitio sensitiua in nobis. ¶ Et ter- 3
tio capiṫ pro composito ⁊ dispositōe qua-
litatiua organica deseruiēte ad ꝑcipiēduȝ
certū genus sensibilis. quo mō diciṫ. ij. de
anīa. ꝙ sensus tactus est duo sens⁹. ¶ Tūc R. 1.
per hoc facile respōdeṫ ad p̄mā: ꝙ capien-
do sensum pro potētia sensitiua. q̄a illa ē
intellect⁹ ⁊ volūtas. q2 est anīa homīs: ꝙ
sensus sic captus intelligit vniuersaliter ⁊
vult. imo omīa p̄dicata que de intellectu
et volūtate verificanṫ: etiā verificantur de
eodē. quia de terminis seu vocabulis ade
quate pro eodem supponētibꝫ eadē p̄dica
cata verificāṫ. Si vero capiaṫ sensus ꝑ cō
posito ex anima et organo: tunc hoc pt di
ci intelligere ratione partis: sȝ rōne anie
cui intellectio inheret. sed ratōne toti⁹ nō
intelligit nec vult. q2 intellectio non inhe-
ret toti: sed soli anime. Modo intelligere

est intellectionē in se habere. Et hoc mo-
do intelligit ꝙ sens⁹ nō intelligit quo ad se
torum: quod nō vult. q intellectio ⁊ voli-
tio (vt dc̄m est) nō inhęrent composito. ⁊
idō ita nō diligit: sed sic sentit ⁊ sensitiue ap-
petit. q cognitio sensitiua ⁊ appetit⁹ seq̄ns
Ad.2 eam immediate inhęrent cōposito. ¶ Ad
scd̄am. ꝙ hęc de vi sermonis est falsa. volū-
tas cōtrariat intellectui in eodē homine.
nec ꝓbatio valet. q sicut volūtas agit cō-
tra rōnem rectam: vt ṗus dc̄m est. q seq̄r
cognitōem sensus rōne cōtempta. ita etiā
facit hoc intellectus. Intellectu eni dictā-
te per rōnem practicā ꝙ est bonū cognitio
incōplexa quę sbijcit in ꝯclōne practica i-
clinat ad cōtrariū. quā sępe sequit aīa ho-
minis: incedens ad desideria carnis. et ita
pōt rōne suę libertatis: vt dc̄m est ṗus. vn̄
conceditꝙ anīa hoīs siue intellectus siue
voluntas pōt per rep̄sentatōem vnā ad cō-
trariū eius quod ipa sibi rep̄sentat. per rep̄-
sentatōem aliā libertate sua potēs ad op-
Ad 3 posita. ¶ Ad tertiā dicit ꝙ licz eadē poten-
tia vel eadē anīa hominis dicat intellect⁹
et volūtas. tn̄ dicit sic alia ⁊ alia rōne. In-
tellect⁹ eī dr̄ inq̄ztū itelligit. volūtas inq̄ztū co-
gnitōe intellectiua appetit. Et ex hoc sur-
gunt illę locutiōes cōsuetę: quę debent in-
telligi specificatiue. vt cum dicit: itellectus
nō vult: siue non diligit. intellige sb̄ ea rō-
ne qua dicit intellect⁹. quia ea rōne solū
dicit intelligere vl' cognoscere. Similiter
volūtas est cęca. intellige: sb̄ ea rōne q̄ di-
cit voluntas. quia sic solū habet appetere:
mediante cognitōe intellect⁹. ⁊ ita intelli-
gēdę sunt omēs his consimiles. Hoc de p̄-
ma parte hui⁹ articuli. ¶ Quantū ad se-
Arti.2 cundā partem huius articuli videndū ē.
ps scd̄a. Utrū tam intellect⁹ vt itellectus est: q̄z vo-
luntas vt voluntas est: sit potētia libera?
¶ Pro quo primo est notandū: ꝙ poten-
tia dicit libera duplr̄. Uno modo liberta-
te oppositōis. scz quia omībȝ eodē modo
se habētibȝ pōt in opposita. ¶ Alio mō: q
2 est libera libertate finalis ordinatiōis. s. si
agat cum cognitōe intellectiua finaliter ⁊
ordinate gr̄a sui. Seruilr̄ vero agere di-
cit si p̄maria intentōe ordinate agendo a-
Seq̄r.1 git gr̄a alterius. ¶ Ex quo correlarie cōce-
dendū est. ꝙ solus deus agit oīno libere lib-
tate finalis ordinatiōis. ipe eni est p̄ncipi-
um ⁊ finis omniū. Apoc. vlti. ⁊ sic gr̄a q̄ a-
git finali intentiōe agit gratia suę benedi-

ctę bonitatis. Un̄. xij. metha. mouet sicut
appetibile. id est. sicut finis quē oīa q̄ ab
eo mouent: ⁊ eius virtute mouēt: intendūt
et quē ipe intendit. Scd̄o concedendū ē. 2
ꝙ omīa alia mouētia mouēt gratia dei: et
seruiliter simplr̄ loquēdo. ptz. q oīa mouē-
tia naturaliter p̄ncipalius intendūt deū
q̄z seipa. vt in p̄mo articulo dictū est. Et si-
militer agētia quę mouēt appetitū sensiti-
uo. Sed agētia quę mouēt appetitu intel-
lectio ordinate: etiā p̄ncipaliter mouēt ḡ-
tia dei: ⁊ vt serui ipius. Deut. vj. Soli do-
mino seruies. Et Math. iiij. habet idem
Et si inordinate: adhuc tamē finali inten-
tione naturę deo seruiūt. cū nulli opatores
in tanti prīsfamilias domo inordinati esse
possunt. ¶ Sed ꝯtra dicet valde apparen- oppōit
ter. Hō malus in his q̄ male agit nō agit
propter se finali ordinatiōe. ergo nec pro-
pter deū. cōseq̄ntia tenet. q vtiqz in male
factis magis se intēdit q̄z deū. q hęc facit
ob cōmodū propriū. ⁊ nō videt ꝙ propter
deum. añcedēs ptz. q quę agit homo ma-
lus finali ordinatōe. sūt ꝯtra suo fini. cū
in eis nō efficiat fęlix: sed miser. Item con-
trarijs eoꝝ finali intentione ageret gratia
sui. ergo nō istis. cōseq̄ntia tenet. q cōtra-
rijs opibȝ nō venit ad eundē finē. antece-
dens manifestū est. q abstinēdo a malis
⁊ faciendo bene btītudinē attingeret. ¶ Se- 2
cundo sic. q dęmonis opa sunt deo contra-
ria. ergo nō sunt finali intentōe ꝑpter deū.
ꝯn̄a nota vī ⁊ añs ptz per illud Math. xij
Qui nō est mecū cōtra me est. cōstat autē
ꝙ dęmon nō est in opibȝ suis cū deo. cum
opera eius sint opa mendacij. Joh. 8. hęc
aūt nō sunt opa dei qui est veritas Johā.
xiiij. ¶ Respōdet ad hęc ⁊ cōsilia. ꝙ omnia Solō.
quę facit creatura rōnalis: licz ea propria
intentiōe faceret in displicentiā dei. tamē
dei imensa bonitate omīa cedūt in laudē
dei. nō eni pmitteret deus fieri mala nisi
tantę foret potentię vt ex malis sciret elice-
re bona. iniq̄tas eni creaturę rōnalis iusti-
ciā dei cōmendat. ad Roma. iij. Un̄ si cre-
atura rōnalis male agendo deū offendēs
finaliter deo propicio cū latrone i cruce re-
deat ad grām: cōmendat in hoc actu mi-
sericordia dei. Si aūt i malis pseueret: deo
reordinante crimīa sua debita ⁊ misericor-
di punitione: cōmendat in ea iusticia dei.
¶ Per hęc ad formā rationū. ¶ Ad primā
ꝙ homo malus in his quę male agit: non Ad 1

agit propter se debite.scz via recta ad ob/
tinendā beatitudinē.sicut rōnes probant
q̄uis (vt in secūda parte articuli p̄ceden/
tis dictū est) possit dici agere propter se et
suā beatitudinē in genere.vel pp̄ter se i or
dine ad id quod reputat optimū.vel etiā
propter se in ordine ad appetitū sensitiuū
quia querit bonū cōmodi Uerz est tamen
q finali ordinatōe nature quā deus indi/
dit anie rōnali vt ageret gratia sue btītu/
dinis:nō agit pp̄ter se.Et negetur ɔña:cum
infert.ergo nec propter deū.qr q̄uis opus
quod facit malus sit sibi ɔtrarium:z repu
gnans suo vero fini formali.tamē vt dcm
est nō est inordinatū respectu dei:q̄ de mal'
nouit elicere bona. Ad probatōem conse/
quētie dicit:q q̄tum est de intentōe ipius
propria magis intēdit se q̄ deū:licet inor/
dinate.z ergo inordinate agit:et contra se
nihilominꝰ disposītiōe omnipotentis dei
nihil sinentis inordinatū hoc opus(sicut
omne ens)redundat in gl'iam di.ut dictū
Ad 2 est.¶ Ad secundā q licet demonis opera
sint cōtraria voluntati signi:quia sūt con
tra p̄cepta dei.z ideo dispergunt animas a
deo suo vero pastore.tamē vt magister de
terminat in p̄mo:nō sunt cōtraria volun/
tati beneplaciti dei.qr tunc fieri nō posset.
Et ad probatōem:cum dicit.q opa eius
sunt opa mendacij.Rñdetur sicut superiꝰ
dcm est:q vt entia sunt:opa veritatis sūt
qr inq̄tum deordinant z maculant,creatu
ram rōnalē sic nihil sunt.Et sic deo contra
ria sunt.z vt sic a deo vel demone sūt:deo
permittente.vt de hoc in questionibꝰ pri/
mi dcm est:z sic sunt opa mendacij:z ɔtra
ria veritati.Et hoc volunt auctoritates q̄
adducunt.in q̄bꝰ tamē vt sic elucescit laus
diuina:inq̄tum vel hec indulget sua mi/
sericordia:vel inq̄tum reordinat sua iusti
cia.¶ Secūdo est notandū.q licet hō p̄/
Notā. 2 maria intentōe agat vt seruus:siue seruili
ter actiōe finalis ordinatōis.qr pp̄ter deū
vt dcz est in secūdo correlario.tn̄ etiā secū/
daria intentōe ordinate agendo agit libe
re libertate finalis ordinatiōis propter se
ptz.quia ordinate agendo oēs actiōes su
as ad suā ordinat salutē:formaliter pꝰ de
um.igit.ɔña nota est.z patz añtecedēs. q̄a
qualis ordo ordinate dilectiōis:talis ē or
do actiōis ordinate.Sed ordo dilectōis
est post deum in se.igit z opatōnis ordina
te.patet maior. quia ordinata opatio or/
dinatur in ordinate dilecta.patz minor.
quia charitas ordinata post deuz incipit
a seipo.¶ Tertio est notandū:q vt dictuz Notā.3
est in questiōe.xvj. huius secūdi:triplices
cōmuniter assignant actus voluntatis. p̄
mi scz inclinatiōes ad apparens bonum.
scdi acceptatio z refutatio.z tertij scz dele/
ctatio annexa vel tristicia.de quibꝰ satis e/
rat dcm in questione p̄dicta.q̄uis presen
tis partis causa resumant hic ¶ Quarto Notā.4
est notandum q etiā actus intellectus sūt
duplices.scz p̄mi z secundi.vt etiā in pri/
mo articulo illius questiōis dcm est.z ha
betur in.iij.de anīa.¶ Primi vocant simpli/ 1
ces apprehensiones intellectus.sicut conce
ptus rei sensate incōplexus vel alius incō
plexus aliquo mō pductus ex eod.¶ Se 2
cundi sunt multiplices.qr q̄dam sunt cō/
plexi nō ppōnaliter.sicut in intellectu for
mando hunc ɔceptū:homo albꝰ.¶ Alij 1
sunt ppōnales.z sunt iterz multiplices.p̄/
mi ppositiōes intelligibiles in se.¶ Scdi 2
assensus vel iudiciū vl' dubitatio de ipis
¶ Et tertij discursus de eisdem.¶ Quinto Notā.5
est notandū:q voluntatis actus esse libe/
ros potest intelligi dupl'r.Uno mō forma
liter:qr libere eliciunt.Alio mō imperatiue
quia a volūtate libere imperant.quo mo/
do actus exteriores z motus membrorū
pōnt dici liberi.qr a volūtate liberi impati
¶ Tūc ponūt ad istā p̄tē articuli ppōnes
q̄s credo v̄as.¶ Prima est ista.q licz p̄mi Cōclo.1.
actus volūtatis nō sint liberi libertate op
positiōis formaliter:tamē secūdi cōmunit
sunt liberi ea libertate.Hec cōclusio dicta
est in dicta questiōe.xvj.huiꝰ scdi.¶ Se/
cunda ppositio.Licz secundus actus vo/ Cōclo.2.
luntatis respectu vltimi finis clare visi z de
lectatio annexa ei nō sint liberi libertate
oppositionis:tamē delectatio z tristicia an
nexe acceptationi vel nolitiōi respectu me/
diorum ordinatorum ad finem sunt libe
re eadē libertate formaliter vel añtecedēter.
Prima pars dicta est in dicta questi.16.
quia nō est in ptāte voluntatis presenta/
to sibi vltimo fine clare eum nō accepta/
re:de lege cōmuni.quia totā volitōem sa/
ciaret:z ad se plenissime inclinaret. vt i ea
dcm fuit.Secunda pars patz.qr vel de/
lectatio siue tristicia annexa volitioni vl'
nolitioni est ipemet actus scds voluntatis
vt quidam dicunt.q̄uis ego adhuc de h
nihil dixerim.Et si sic:tunc sūt volūtaria

formaliter.sequit̃ eni̅ expositorie. Hec vo
litio est libera formaliter. hecq3 volitio est
delectatio. ergo delectatio est libera forma
liter. Et ita posset argui etiã de tristicia. Ul'
nõ sunt acceptatio ꝛ refutatio scʒ actus se/
cundi. sed eis ꝺ lege cõmuni insepabiliter
anneri. ꝛ tunc sũt liberi dicta libertate añ
cedẽ. qꝛ acceptatio ꝛ refutatio libe fiũt for
Cõclo 3 maliter quibꝰ ipe annere sunt. Tertia cõ
clusio. Licet actus exteriores ꝛ motus mẽ
broꝝ sint liberi libertate oppositõis. q̃a li
bere impati. cũ ipis ꝛ actibꝰ acceptatiõis
volũtatis sepius annexi sunt motus dolo
rosi. Patz ꝑma pars. qꝛ volũtas hmõi a/
ctus libere imperat. sic q possit eos nõ im/
perare. sicut finẽ ad quẽ fiunt: posset nõ vel
le. Patet secũda pars. qꝛ sepius actibꝰ ex
terioribꝰ labores annexi sunt qui ingerũt
dolores. Unn philosophus. iij ethico. vul
nera aũt ꝛ dolores forti ꝛ volenti tristia sũ.
sustinet aũt hoc: quoniã bonũ. Sed q ita
sit in actibꝰ interioribꝰ: manifestũ est i vo/
luntario mixto cũ inuolũtario. sicut cũ q̃s
proijcit merces ad mare cõpulsus vl sal/
obiectio uetur. ¶ Sed ꝯtra dices. Cum voluntas
nihil velit nisi rõne boni: videt q nunq̃ in
eo q eligit: tristetur. immo magis gaude/
at. qꝛ adeptio boni p̄sentꝭ ꝛ spes futuri sũt
Solo. delectabilia. ¶ Respõdet: q sepe voluntas
eligit ad finẽ bonum aliquid multũ tristi/
tie habens annexũ. vt infirmus pro sani/
tate medicinã amarã. Et ergo licʒ sit in ta
libꝰ delectatio spe finis: sepe tamẽ adest tri/
sticia respectu p̄sentis. vt in martyrio p̄sen
ti. Et iðo ſm philosophũ in. iij. ethicorũ
sufficit in actu fortitudinis: vt non sit tri/
stis. Et psalmo. cxxv. dꝛ. Qui seminãt in
lacrimis: in exultatiõe metent. In actibꝰ
vero exterioribꝰ rõne laboris tristicia ẽ an
nexa sepe. Unde ad formã: ꝯcedit q volũ/
tas velit rõne boni ꝛ quod delectet ꝛ tristet
simul ꝛ semel: diuersis tñ vijs. vt in medi/
cina amara tristat ꝯgeri rõe amaritudinis
ꝛ delectat spe finis. scʒ consequẽde sanitatꝭ.
Et martyr tristat dolore corpis. ꝛ delectat
in spe aureole consequende. ¶ Quarta cõ/
Cõclo 4 clusio. Uidetur probabile q actus exteri/
or possit esse non libere impatus: ꝛ tamen
demeritorius. Prima pars ptz in habitu
aliter intpatis ꝛ bestialibꝰ viciose. Isti ei
solo motu sensus ꝛ habitu viciose ducun
tur sepe ad actꝰ malos. ꝛ q demereant ptz
quia libere se ad tales actus mala cõsue/
tudine disposuerant. ¶ Dicet. Nunq̃d isti obiectio
ducunt voluntate? ¶ Rñdet q sepe nõ du Solo
cant ab illa. eo q omimode sunt secutores
passionũ: sicut etiam pueri vel fatui a ra/
tione nõ dicunt duci: vel a volũtate. ¶ Qn Cõclo 5
ta conclusio. Sicut intellectus nũq̃ respe
ctu sui ꝑmi actus supposito phantasma/
te est liber. ita sepe nec stantibꝰ phãtasma
tibꝰ respectu actus secundi compositi ꝛ as/
sensiui. ptz ꝑma pars. qꝛ stante phantas/
mate sensus nõ stat intellectũ in se nõ for
mare similẽ actũ intelligẽdi. vt stante visi
one huius albi sequit intellectio eiusdem
nec põt intellectus in cõtrariũ. ¶ Secun/
do ptz. qꝛ etiã volũtas respectu ꝑmi actꝰ
nõ est libera. q̃nto min9 intellectꝰ. antece/
dens est ꝑma pars ꝑme ꝯclõnis huiꝰ par
tis articuli. ¶ Secũda pars pz. qꝛ sic non ptz ps
est in potestate intellectꝰ viso albo nõ intel
ligere albũ. ita nõ est in eius ptãte viso al/
bo moueri: nõ formare hanc ꝓpositionẽ
et ei assentire. albũ mouet. qꝛ talibꝰ actibꝰ
p̄sentatis intellectꝰ naturaliter format i se
hmõi ꝓpõnes. ¶ Notabilit̃ dicit. Stãte dꝛ notãt
phantasmate. qꝛ in potestate volũtatꝭ est
dere nõ visa que est i aliq̃ loco illaʒ rẽ nun
q̃ʒ videre. qꝛ nõ velle illũ locũ accedere q̃ð
si contingeret nunq̃ʒ conceptũ singlarẽ illi
us rei in se haberet. sicut supponitur ex. vij
meth. ¶ Ex quo correlarie cõcedi põt q ali Corre.
quo modo hõ est liber respectu alicuꝰ pri
mi actus intellectus. vt scilʒ quia nõ vult
presentiaʒ alicꝰ rei sibi per phantasmata
p̄sentari. ¶ Sexta cõclusio. Licet sepe i no Cõclo 6
bis producat actus intellectus vt libere i/
peratus. nullus tamẽ actus intellectus fit
in nobis vt libere elicitus: libertate oppo/
sitionis. Et semp in ista parte secũda hu/
ius articuli loquor specificatiue. scʒ de acti
bus qui sunt intellectꝰ: inq̃ntum est intel
lectus. Probat hic ꝑma pars quia nõ mi/
nus per voluntas nostra pcipere intellectui
vt speculetur. vel vt formet ꝓpositiões i se
contradictorias. q̃ corpori ꝛ virtuti moti
ue corporis vt moueat. Sed manifestum
est q motus corporis fiunt in nobis libere
vt imperati. ergo etiã possunt sic fieri actꝰ
intellectuales. Maior ptz. quia nõ e mi/
nus in potestate anime nostre libere pcipi
pere qꝛ alteri minor nota est de se. ¶ Secũ
do patz conclusio per experientiaʒ. experi 2
mur enim q cum volumus formamꝰ copu
latiuam compositã ex cõtradictorijs. ꝛ sic

pręcedente voluntate erit illa copulatiua
actus intellectus libere imperatus. Secū
da pars persuadetur sic. Quia sic se hȝ vo
luntas vt voluntas respectu ipsius cogno
scere. ita se hȝ itellect⁹ vt itellect⁹ respectu ip
si⁹ velle. sed voluntati vt voluntas est nō
attribuitur ɔgnoscere. ergo nec intellectui
vt intellectus debet attribui velle vel ap
petere. tenet consequentia. Et maior patȝ
conuenienti similitudine. Et minor simi
liter. quia dicere ꝙ voluntas vt voluntas
intelligeret: esset non distinguere inter in
tellectum et voluntatem: nec re nec rati
one. ¶ Tunc ex conclusione arguitur sic.
Forma pbatõis Intellectus vt intellectus nunq̄ȝ vult. er
go nullum actum suum libere elicit. Pro
batur cōseq̄ntia. quia elicere libere videt̃
importare ꝙ potentia actum suū omnibꝫ
his positis quę psupponuntur: format vo
lendo. et si nō vellet. non formaret ipsum.
Confir. ¶ Et confirmatur sic. Quia omnibꝫ posi
tis quibꝫ producitur actus secundus itel
lectus libere libertate oppositōnis: sic ꝙ il
lis positis posset non producere. quęro an a
ctus producatur libere. quia volūtas ita
vult: et posset no velle? Et si sic: tūc actus
erit liber. sed quia a libera potentia impe
ratus sicut motus corporales seȝ a volun
tate: nō autē quia libere elicitus ab intel
lectu. Vel libere producat actus: eo ꝙ itel
lectus cum illis positis potest producere:
et etiam nō pducere. sed vult eum produ
cere voluntate vt voluntas est circūscripta
et si sic: tunc intellectus vt intellectus vel
let. quod supponitur esse falsum. ¶ Sed
Sa ptes contra istam scd̃am partem cōclusiōis ar
guitur apparenter. Potentię superiori ani
mę debet attribui libertas oppositiōis. sȝ
intellectus est superior voluntate. ergo hęc
libertas oppositiōis illi attribuet̃. Ma
ior videt̃ nota. qꝛ nobilior videtur esse po
tentia inq̄tum est libera: q̄ȝ inq̄ȝtum ē nō
libera. Et minor patȝ per rationes añ op
positum ad hoc factas. ¶ Secundo. q̄a si
2 intellectus nō est liber: sed ea quę facit in
speculando: facit vt obediens voluntati.
tunc oportebit ꝙ sint tot actus in volunta
te: quot in intellectu. Falsitas consequen
tis videt̃ manifesta. quia quando fit vna
demonstratio: cōcurrunt valde multi in
tellectus. vt maior: minor: et conclusio. q̄a
in qualibet harū est subiectum pdicatum:
et copula: et alia hmōi vt in mathematica
ta. Et si respectu cuiuslibet horuȝ deberet
voluntas habere spalem actum volendi
magis esset voluntas distractiua suis mł
tis volitionibꝫ a studio: qꝛ promotiua stu
dij. Probat̃ tamen cōsequētia. qꝛ actus i
tellectus qui nō habet volitionē sibi cor
respondentem nō fit libere a voluntate. et
cum fiat non coacte: videt̃ fieri libere ab i
tellectu. ¶ Et confirmat̃. qꝛ si probare de Confir.
berem: ꝙ nullus homo est lapis: p hꝫ me
dium animal: nunquid est in potestate i
tellectus libere formare syllogismū in pri
ma figura dicendo sic. Nullū animal est
lapis. et omnis homo est aial. ergo. Vł in
secunda dicēdo. Nullus lapis est anial.
et omnis homo est animal. ergo. nec vide
tur ꝙ in hoc aliquid agat voluntas. cum
intellectus suis viribꝫ procedat in specu
lando. Item antequā intellectus illū syllo
gismū format: non cognoscit eū ergo nec
voluntas respectu eius aliquid pręcipit.
Patet cōsequētia. qa voluntas nō fert̃ in
incognitu. antecedens manifestū est. nō eni
cognoscitur syllogismus ab intellectu actu:
nisi cum actu format in ipso. ¶ Tertio. qꝛ si 3
actus speculandi nō fierent libere ab intel
lectu. sed pcipiente voluntate. volūtas es
set domina speculationis. et sic magis esset
domina habituū speculatiuoꝝ q̄ itellect⁹.
quod videtur absurdum. ¶ Quarto qꝛ nō 4
posset fieri habitus speculatiuus in intel
lectu q̄n simul fieret habitus in volunta
te. consequēs videt̃ esse falsum. qꝛ quomo
do ex speculatiōibꝫ fient habitus volun
tatis? Et tamē tenet cōsequētia qꝛ omnes
actus speculatiui sequerent̃ volitiones vo
luntatis. Modo sicut ex actibꝫ speculati
uis intellectus fierent habitus speculati
ui in intellectu: sic volitiōibꝫ eoꝝ in volū
tate cōtinuatis fieret habitus voluntat̃:
cōformiter sicut ex similibꝫ opibꝫ similes ha
bitus fiant. ¶ Ad has ratiōes dissoluen
das pmitto. ꝙ respectu actus finaliter bea vbi nota
tificatiui nec intellectus nec volūtas est li
bera libertate oppositiōis. q̄uis ille sit ac
tus supremus vtriusq̄ potentię. Vñ beatus
Augustin⁹ i soliloquijs. Felix hō q̄ te scit
etiā si alia nesciat. Infelix qui te nescit: eti
am si omnia alia sciat. Ergo actus beatifi
candus finalis est supremus actus anię hūa
nę. Modo aut intellectus illius visionis non
erit liber ptȝ. qꝛ erit inuē plena facialis visio
diuina. incomplexa p eo visio obiecti plenus

nō fit libere in nob. Itē etiā fruitio nō fiet
in nobis libertate oppositiōis. cū obiectū
btificū clare visum necessitet ad sui dilecti
onē hominis voluntatē stante lege. vt di/
Ad 1. ctum est. ¶ Illo pmisso dicit ad pmā obie
ctionū. q qcquid sit de minore: maior ē fal
sa. Et ad pbatōez dicit: q licz libertas op/
positiōis sit condicio nobilis. tn̄ ipa nō ex
pmit rōnem vltimate pfectiōis anie hōis
2 Unde creatura rōnalis ostendit nobilior
respectu horum respectu quoz nō est libera
libertate oppositiōis. scz respectu felicitatis
patrie: qz respectu horum respectu quoruz
est libera libertate oppositiōis. qz istud ē in
felicitate meritoria: que nō cōplete saciat
Immo etiā deo apud intellectū nostz ma
ior attribuit pfectio inqztū est liber liberta
te cōplacentie sola: τ nō oppositiōis. scz in
qztū cognoscit se τ diligit se. in quoz cōtra
riū non pōt. vel etiā inqztū generat filium
immensū. cuius ɔriū nō pōt. qz inqztū liber
est libertate oppositiōis: in pducēdo crea/
Ad 2 turas ad extra. ¶ Ad scdam: negetur cōseqn
tia. qz licz libere vadam ad ecclesiā: nō op
tet q sint tot volitiōes quot sunt pass9 me
dij. sed vna volitio pro omībꝫ sufficit: ad
2 hoc q dicant volūtarie fieri. ¶ Ad pbati/
onē consequentie dicit. q voluntas in hoc q
pcipit speculatōem: pcipit vna τ eadē voli
tione media cōgrua pro eadē. ¶ Ad scdaz
3 probatōem dicit. q hec ɔsequtia nō valz
hoc nō fit coacte ab intellectu. vel non fit
necessario. ergo fit ab intellectu libere. qa
brutū mouet se non coacte: nec necessario
simplr loqndo. posset eīn se quietare cum
vellet. vt dicit phus. viij. phisicoz. τ tam̄
nō mouet se libere. qz stantibꝫ illis circūstā
tijs que tunc ɔcurrūt: nō pōt se nō sic mo/
uere. ¶ Ad ɔfirmatōem dicit: q intellect9
Ad ɔfir determinet potius ad vnā figurā qz ad a/
liā: nō qz liber est libertate oppositiōis. nc
etiā oportet q ex volūtate: sz potius ex ali
qua causa pticulari ɔcurrente. que pt esse
cōcursus phantismatū poti9 aptus ad vnā
figurā qz ad aliā. cuius cōcursus pōt eē cā
influxus celi: vl ɔsuetudo sic syllogisandi
vel habitus prōnificans plus ad vnaz fi
gurā qz ad aliā τ infinita alia pticularia q
hmōi singularis actus pro loco τ tēpore pos
sunt esse cause. que impossibile est sermoni
bus explicari. ¶ Recte sicut si canis surgit
Simile de somno: certum est q nō cogitur: nec etiā
libere vadit plus ad vnam partē qz ad a/
liam. τ tamen vadit. determinans autem
eum nō est expressum. qz nō infinitorū qd
liber posset ipm determinare. ¶ Ad secūdā ad ɔfir.
confirmationem dicit q bene stet q volun scdam
tas respectu syllogismi nihil pcipiat. et q
tamen intellectus eum faciat non libere:
eo modo quo puer se mouet: vel fatu9: vl
infans vel etiā bestia. in quibꝫ tamen non
sunt motus voluntatis pprie loquendo.
cum nō sit in eis vsus ratōnis. ¶ Et si di/ instātia.
catur: q hmōi non faciunt sua opera nisi
apperant. et ex consequēti nisi velint. ¶ Di Solō
catur q largo modo dicuntur velle. sicut 1
dicimus equum velle currere: vl comede
re proprie autem non dicunt velle. cū nō
sit in eis vsus ratōnis. ¶ Secūdo dicitur 2
q etiam non sit incōueniens q voluntas
respectu talium precipiat. quia anteqz syllo
gismus fiat: anima in genere ɔgnoscit syl
logismū: τ repñtat intellectus voluntati
bonum esse syllogistice arguere. τ eligit vo
luntas hoc. et precipit syllogisare. quāuis
in particulari non cognoscat illum syllo/
gismum anteqz fiat. ¶ Ad tertiam. q sine Ad 3
dubio in viro speculatiuo habitus specu
latiui sunt geniti voluntate hoc volente.
cum enim eorum acquisitio sit laboriosa:
nisi voluntas efficaciter concurreret specu
lans laborem non sustineret. Et ideo si ve/
limus dicere voluntatem esse dominū ha
bituum speculatiuorum. eo q ea volente
producuntur. posset concedi q voluntas
esset eorum domina: sicut est domin9 alio/
rum operum que fiunt: ea volente. Siue
ro velimus dicere dominū habitus illaz
potentiam quam habitus immediate di
rigit ad agendum. tunc habitus specula/
tiui τ practici dirigunt immediate intelle
ctum ad agendum. τ non voluntatez. Et
sic non est volūtas eorum dominus sic lo/
quendo. ¶ Ad quartam potest concedi ɔ
sequens. q regulariter ad habituum spe/ Ad 4
culatiuorum generationem in intellectu
generatur habitus in voluntate ex freqn/
tibus electionibus: quibus voluntas eli/
git speculari. habitus scilicet inclinās vo/
luntatem ad diligendum τ eligendū spe
culari. nec id est inconueniens q habitus
volūtatis nō fiat ex speculatiōibꝫ proprie:
sz electōibꝫ quibꝫ volūtas eligit: vt itelle
ct9 speculet. ¶ Septia ppō. filiis speculatio Cōclō 7

vno tempe potest esse act⁹ libere impat⁹: ⁊
alio tempore actus nō libere productus. p
batur. quia speculatio quā precipit volun
tas est actus intellectus libere impatus.
vt dicit prima pars cōclusionis precedē
tis. ⁊ simil' illi potest fieri volūtate ñ preci
piente circa illam. ergo conclusio vera. te
net cōseqntia. Et patz minor. qz sepe volū
tate pcipiente vt fiat actus vnus surgit vl'
in pncipio: vel in medio: vel in fine circa
obiectum speculabile actus circa quē volū
tas nihil pcipit. immo vellz abesse. vt orā
ti horas canonicas sepe ingerit speculatio
circa cōclusiones quas habet legere: vl' qs
audiuit. quas nō precepit voluntas. Im
mo voluntas sciens se distrahi per hmōi a
deuotione habenda i horis sepe vellet eas
obiectio.1. nō esse. ⁊ diuertit intellectū ab eisdē. ¶ Di
cetur fortassis. Hmōi speculatiōes nō sūt
libere impate per conclusionē: nec libere eli
cite per intellectum. per scdam partē pclu
sionis pcedentis. nunqd ergo fiunt in no
bis naturaliter? Si dicit q sic. Contra. q
naturaliter nobis insunt: similiter sunt in
omnibꝫ hominibꝫ nō orbatis. sicut esse ri
sibile vel susceptiuū discipline. Hoc autē
nō est de speculatiōe: quo ergo modo fit?
¶ Secūdo dicet. Si speculatiua cogitatio
obiectio.2 superueniens orāti nō fieret in eo libere: tūc
orans cogitans de materia alia speculati
ua nō peccaret. eo q hoc nō libere faceret.
¶ Respondet ad primā. q isti actus specu
Ad 1 latiui superuenientes preter voluntatis ele
ctionē veniunt quādoqz ex fortitudie fan
tasmatū pus motorum. vt qui fortiter co
gitauit de aliqua materia. etiā incipiēs o
rare qꝫuis se velit diuertere: nō sufficit ad
hoc plene fortitudine motorū phantasma
2 tum hoc impediente. ¶ Secundo. q quā
doqz fit ex aspectu celi phantasmata deser
uientia speculatiōi actuante. ¶ Tertio per
3 viam memorie. vt si quis oret Aue ma
ria gratia plena: ducat ex animaduerten
tia plenitudinis gratie in maria: ad specu
landū an fuerit similis gratia in ea ⁊ i xpo
¶ Quarto ⁊ valde sepe superuenit studenti
4 bus orare volētibꝫ suggestiōe demonis oc
culte mentē a deuotiōe trahētis: ⁊ diuerß
Ad 2 hmōi mōis. ¶ Ad scdaz. q qꝫuis hmōi spe
culatio nō sit volūtaria: tñ bene stat q per
eam volūtas peccet omissiue: si eaz nimis
continuet. quia debitā attentionē in orati
onibꝫ omittit. debent eñ oratiōes cum de
bita attentiōe fieri. ⁊ ergo diuertere se debꝫ
orans pro illo tempore ab huiusmōi spe
culari. ¶ Octaua conclusio sequit: que est Cōclo 8
pro parte responsalis. q intellectus vt in
tellectus est: nō est potentia libera liberta
te oppositionis. qꝫuis voluntas vt volun
tas est sit libera illa libertate. ¶ Patet pri Pz 1 ps
ma pars ex sexta cōclusione. qz per secūdā
eius partem intellectus nullū suum actū
libere elicit. Vñ actus intellectus si liberi
sunt: hoc nō est inqꝫtum ab intellectu sūt.
sed inqꝫtum a voluntate libere imperati
sunt. vt dicit pma pars eiusdē. ¶ Secun Pz 2. ps
da pars patet per scdam partem secunde
cōclusionis istius partis. qz communit vo
luntas respectu suoꝝ actuū secundoꝝ dici
tur libera libertate oppositiōis. ¶ Correla Corre.
rium. Loquēdo fm compatōem abusiuā
potest dici. q voluntas sit liberior liberta
te oppositiōis qꝫ intellectus. patz ex pclu
sione. quia ipa est hac libertate libera. et i
tellectus nō. Vnd est compatio abusiua.
sicut si diceremus q ignis ē siccior aqua.
¶ Nona conclusio. q qꝫuis intellect⁹ ⁊ vo Cōclo 9
luntas nō omnes suos actus producant
libere libertate finalis ordinatōis. tamen
vtraqz potētia est hac librtate libera. Pa
tet pma pars quia oēs actus viciosi qs
facit voluntas. ⁊ oēs intellectiōes ad h
finalr de per se deseruientes: nō fiūt libe li
bertate finalis ordinatiōis. ergo ⁊c. conse
quentia tenet. quia tales actus sepe pro
ducimus. Et añcedens patz. quia absur
dum esset dicere q actus qui faciunt nos
miseros ⁊ infelices: quales sunt predicti:
ordinentur finaliter in nos. cum nō ordi
nentur in bonuz: ad quod producti sum⁹
Et ideo cum tales actus facimus: seruilr
agimus. quia seruos peccati nosipos con
stituimus. Omnis eñ qui facit peccatuz
seruus est peccati. Johan. viij. Vnd age
re libere finaliter est agere ordinate ad sa
lutem. Patz secunda pars. qz intellectus
ordinate agens omnes suas speculatōes
siue cognitiones ordinat ad visionem dei
vel in deum primaria intentōne, et secun
daria intentione in seipum. vt illis coope
rante fide iustificetur in via. ⁊ felix sit i pa
tria. Eodez modo omnes suos actus eli
citos et impatos ordinat volūtas ordia
te agens in deum prima intentōe. ⁊ secun
daria intentōne in sui salutē. scz in dei di
lectōem ⁊ fruitōez. ¶ Correlariū. bñ dicūt Corre

philosophi. ꝙ virtus et vicium determināt
liberum ꝛ seruum: ꝙ seruire philosophie est
libertas. ꝛ optime dic̄ saluator ꝙ omīs qui
facit peccatū: seruus est peccati. ꝛ quotꝗ̄t
sunt alie hmōi auctoritates: vl' sacre scriptu
re vel etiā doctoꝝ sanctorū vel gētiliū phi/
1 losophoꝝ. pꝫ ex cōclusione. ¶ Nam quo
ad primā partē: qui viciose viuit seruiliter
agit. Pꝫ. qꝛ opera sua nō ad suā salutem
finali intentiōe dirigit. ꝛ ideo nō agit libere
libertate finalis ordinatōis. sed magis vt
seruus. Qui autē habet virtutē: ille ordiat
